STATUTI
1484
BIBLIOTECA
DEL SENATO

Statuta 1482

STA
14
BIBLI
DEL S

Valtopina

STATVTA

VALLIS TOPINI.

IMPRESSA PVBLICO SVMPTV,

AD VTILITATEM, ET COMMODVM

EIVSDEM COMVNITATIS,

CVI EIVSMODI DECRETIS VTI OPVS ERIT.

FVLGINIAE,

Apud Augustinum Alterium. M. DC. XXVIIII.

DD. Superiorum permissu.

STAT
14
BIBLIO
DEL S

Iv

STATVTA

VALLIS TOPINI,

IMPRESSA PVBLICO SVMPTV,

AD VTILITATEM, ET COMMODVM

HIVSDEM COMVNITATIS,

CVM HIVSMODI DECRETIS VTI OPVS ERIT,



TAVRINIAE.

Apud Hugonem Alcinum. M. DC. XXVIII.

DE

PROHOEMIVM

NEMINI dubium est, nihil magis ad optimum Reipub. cuiuscumque statum, & conseruationem necessarium esse, nihil magis vtile, & expediens, quam leges, atq. institutiones habere, vnde fontes,& facinorosi homines pœnarum mœtu à flagitijs remoueãtur: Probi verò, & honesti Ciues ad virtutum exercitationẽ prẽmiorum excellentia magis, magisq. indies exardescant, & alliciantur. Hinc moti perspicacissimi Ciuitatum, atq. rerum publicarũ institutores sacròsanctas leges condere voluerunt, vt earum vi bonos ad bene viuendi consuetudinem inuitarent, prauos à prauis humanę vitę corruptionibus deterrerent. Ea enim intentio legislatoris esse debet, vt noxias humanę societati libidines; immoderatasq. cupiditates Iustitiæ frẽno ita compescat,vt earum vehementiores impetus, earumq. rursus impetuosa licentia neminem lędant honestatem vitæ non perdant, Iusq. suum nemini valeant auferre: Sic vel pauciores numerò fiunt morum corruptele vel ampliores Ciuium optimorum autoritates, & vires. Sed quia mortalium ingenia diuertissima inter se sunt vbiq. gentium experimento compertum habemus vnam legem non omnibus æque vniuersi terrarum orbis nationibus conuenire. Ea ratione fit, vt quę sunt hic iustissima, alibi sint iniquissima Iura. Non autem dixerim diuersitatis, quam passim conspicimus in condendis legibus inueniri, solam ingeniorum diuersitatem causam esse. Nan hæc ipsa diuersitas ex locorum quandoq. fœcunditate, quandoq. ex eorumdem sterilitate: interdum ex genuinis Populi cuiusq. conditionibus, habitutinibus, complexionibusq. proprijs, & naturalibus prouenit, & contingit. Scimus enim alios homines natura ferociores, alios mitiores oriri: alios rursus vberius, alios infructuosius cœlum naturali quodam fato sortitos. Conuenit igitur, vt in agro fertiliori pecuniario supplicio grauius feriantur nocentes; leuius in ea regione, quę sit sterilior. Humaniq. sanguinis auidiores populos acrius puniri opportet, quã eos, qui sont natiua proprietate benigniores. Huius per quàm necessaria diuersitatis consideratio in causa fuit, vt sibi vna quæq. Ciuitas,vnaquæq. Respub. propria Iura constitueret: ita tamen, vt ab aliarum Ciuitatũ legib⁹, & sanctionib⁹in qualitatib⁹,& quãtitatib⁹ pœnarũ, nõ autẽ in iustitiæ substantia dissiderent. Omnes omnium Populorum leges puniunt homicidas,fures, adulteros: & ad hoc iustitiæ perducuntur impulsu: Sed ex ijs, quas diximus, rationibus, non omnes æquatum in quantitate pœna puniunt delinquentes. Sequitur igitur ex his,vt iustitiæ quidem virtus vbiq. sit eadem. Exercitia verò Iustitię non vbiq. paria.

Hoc igitur cõsiderantes Viri Vallis Tupinæ, inter se habito maturo, ac diligenti cõsilio, dederunt, & concesserunt prouidis, & circuspectis viris Reuerend. admodum D. Ioanni Marię Coccio, & D. Martino Angelo Fancello, authoritatem, ac facultatem, & potestatem omnimodam, Statuta antiqua eodem Comuni, curandi imprimenda aere publico, prout ipsis visum fuerint. Qui quidem homines sic electi, & à præfato Consilio Deputati, volentes (vt par erat) hoc publicum Comunitatis Decretum ad congruum, & debitum finem perduci, prouinciã hanc libenter susceperunt, ad laudem, gloriam, & honorem D. N. Iesu Christi, eiusq. Matris, & Beatiss. sumper Virginis Mariæ, ac Beatorũ Apostolorũ Principum Diuorum Petri, & Pauli, omniumq. Sanctorum, atq. Sanctarum totius Cælestis, & sempiternę Curię.

STAT
14
BIBLIO
DEL SI

LIBER PRIMVS.

IN Nomine Domini Amen. Sancteq. Indiuiduę Trinitatis, ad honorem laudem, gloriã, & reuerentiã omnipotentis Dei eiusq. glorioſæ Matris ſemper Virginis Mariæ, Beatorũ Apoſtolorum Petri,& Pauli, & aliorũ Sanctorum, & Sanctarum totius Celeſtis Curiæ Amen, Ad honorem ſtatum, & reuerentiã Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ, & Sanctiſſimi Dñi noſtri Domini Eugenij Diuina prouidentia Papæ Quarti, ſuorumq. in Sede Apoſtolica Canonice ſucceſſorum. Nec non ad honorem, ſtatum, augumentum, pacem, tranquillitatem, & bonum Regimen hominum, & vniuerſitatis Vallis Tupini. Cũ Iura Comunia, & Prouinciales Conſtitutiones adeo rigidæ in traſgreſſorem pænas ſe trahere videantur, quod niſi temperie municipalis iuris aliqual. mollirentur crudelitatem potius quam humanitatem ſapere cenſerentur. Vnde augumentum quod cupimus vniuerſitatis, & omnium predictorum ex ſeueritate pęnarum ex parſionem, & diminutionem incurreremus eorũdem. Quare nos Raynaldutius alias Scõcia, Bartholomeus Nicolai, Antonius Iacobi, Benedictus Petri, Sanctus Pennæ,Roſticonus Bruti, Bartholomeus Sardinæ, Picetius Fiorellæ, Mactiolus Sanctis, Factibonus, Andreas Dominici Cintij, Ser Bictus Marciani,Liale Venturæ,Ioãnes Zaccheræ,Raynallutius Ser Rogerij, Bartholomeus Torti, Santorus Vannis, & Gilius Spenis ſtatutarij, & ordinatores ſtatutorũ, & ordinamentorũ Infraſcriptorum per dictos homines, & vniuerſitatem electi, & ſpecialiter deputati Volẽtes ſalubritati, & bono publico dictorum vniuerſitatis, & hominum prouidere infraſcripta ſtatuta, & ordinamenta pro inuiolabili lege in vniuerſitate, & diſtrictu predictis perpetuo obſeruanda fecimus, compoſuimus, ordinauimus, & ſtatuimus.

De Officialibus Coĩs, qui regere debent, & eorum officio. Rub. Cap. I

IN primis pro bono, & vtilitate dicti Coĩs Vallis Tupini, & Villę Balciani. Statuimus, & ordinamus qd. in dicto Comuni, & de omnibus ipſius Coñis ſint, & eſſe debeãt illi Sindici, & Maſſarij, & illius numeri qui per ipſum Commune deputati, & ordinati fuerint, & ſcripti reperientur in libro reformationum d. Coĩs manu noſtri V. C. qui pro tempore fuerit, vel alterius officialis, qui Sindici, & Maſſarij regere, & gubernare debeant ipſum Coñe bona fide, & ſine fraude. Et etiam eſſe debeant in auxilium V. C. & Curiæ, & aliorum officialium ipſius Coĩs, & teneantur, & debeant dare eis adiutorium, conſilium, & fauorem ad voluntatem ipſorum, & cuiuſcunq. ipſorum ne maleficia remaneant impunita,&c.

De modo eligendi Sindicos, & Maſſarios, & Camerarium. Rub. Cap. II.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, qd. ſingulis ſex menſib⁹ de mandato, & cũ ſcientia V.C. qui pro tempore fuerit fiat in loco conſueto generale conſilium, parlamentum, & arenga omnium hominũ vniuerſitatis Vallis Tupini,& Villæ Balciani pred. In quo quidem conſilio eligantur, & eligere debeant vnus Sindicus, qui ſit Sindicus, & pro tempore generalis d. Coñis. Octo Maſſarij,& vnus Camerarius,quorum officium duret,& durare debeat ſex menſib⁹,qui Sindicus, & Maſſarij, vel maior pars ipſorũ habeant poteſtatẽ, baliã, Iuriſditionem, & auctoritatem ordinandi, & reformandi, ac etiam conſulere, & deliberare ſuper omnib⁹,& ſingulis negotijs ipſius Coñis, de quib⁹ per V.C. d. Coñis proponeretur

ponerẽtur, & etiã ſine propoſita, & Camerarius d. Coĩs faciat illas expenſas, & illis perſonis, & pro illis reb⁹ & negotijs, quæ videbuntur eis, vel maiori parti ipſorũ in vtilitatẽ, & ſeruitiũ d. Coĩs vbi, & quotiens eis videbitur, & placebit, & ſoluat, & expẽdiat idẽ Camerarius de pecunia d. Coĩs. Quicquid autẽ per eos, vel maiorẽ partẽ ipſorũ ordinatũ, & deliberatũ extiterit plenã obtineat roboris firmitatẽ, non faciendo tamen contra formã aliorũ capitulorũ preſentis ſtatuti, & prouidere ſup oĩb⁹ negotijs d. Coĩs prout eis videbitur, & placebit; Et oĩa alia & ſingula facere, & exercere poſſint, quę vniuerſitas tota d. Coĩs facere, & exercere poſſet, non tamen vt pred. contra formã capitulorum pñtis ſtatuti quę capitula ſtatuta ſemper firma perdurent. Qui Sindicus, & Maſſarij iurent ad S. Dei Euangelia tactis ſcripturis eorũ exercitiũ facere, & exercere bona fide, & ſine fraude, & dare, exibere, & capere bonum, & vtile conſilium pro Cõi. & venire ad conſilium quotiens fuerint requiſiti, & oĩa facere, quæ ad eorũ officium ſpectant ſecundũ formã capitulorum ſtatuti, & ſemper vtilia pro d. Cõi facere, & exercere, & inutilia pretermictere, & ſuprad. Sindicus, & Maſſarij durante, eorum officio non poſſint aliquẽ conuenire, nec ab aliquo, vel aliquib⁹ cõueniri, & ſi ad conſilium non venirent ſoluat quilibet ipſorũ qui non venirent ſol. XX. deñ pro qualibet vice de facto prout ipſis Sindico, & Maſſario vel maiori parti ipſorum videbitur, & placebit ipſam pœnam deſtribuire poſſint, & valeant.

De iuramento, & officio Camerarij. Rub. Cap. III.

CAmerarius d. Coĩs in principio ſui officij teneatur iurare in manib⁹ V.C. vel eius officialis d. Coĩs ad S. Dei Euangelia tacto libro, & iurando promictere ſuprad. V.C. vel ſuo officiali recipienti noĩe ipſius Coĩs ipſum officiũ Camerariatus exercere fideliter, & legaliter ſine fraude, & cuſtodire, & ſaluare quicqd. ad ſuas manus peruenerit in ipſo, & pro ipſo officio pro d. Coĩ. Et finito ſuo officio ſi aliquid reſtabit eidẽ de bonis d. Coĩs, & de pecunia, & reb⁹ ipſius exaptis expenſis pro ipſo Coĩ factis cũ deliberatione Sindici, & Maſſariorũ, & conſilij reſtituere ſucceſſori ſuo infra XV. dies a fine ſui officij, vel poſtquã ad rationatores poſiti fuerint ad rationandum ipſum, & ſuam rationẽ aſſignauerint pęna C. ſol. ſi contra fecerit non reſtituendo in d. tempus reſiduum vt dictũ eſt. Et nihilominus per officialẽ d. Coĩs cogi, & compelli debeat ad reſtituendũ eĩ quod ad rationatores predicti aſſignauerint; & etiã aſſignare Sindico, & Maſſarijs, vel cui ipſi, vel maior pars ipſorum voluerint libros priuilegia, & quaſcunq. ſcripturas, & res, & bona ipſius Coĩs per inuentarium, & fiant duo inuentaria, quorũ vnum remaneat apud Sindicũ, & alterum teneat Cameraius nouus; Ipſe enim Camerarius teneatur facere illas expenſas ex deliberatione dictorũ quæ permictuntur a ſtututo; & ſi aliter fieret, vel expenderet de ſuo proprio expendere videatur, de quib⁹ expenſis, & etiã introitib⁹ d. Coĩs fiant, & fieri debeant duo baſtardelli in quib⁹ ſcribantur oẽs introitus credita, & prouenta d. Coĩs ad manus ipſius Camerarij peruen. & peruenien. & etiam exitus oẽs expenſas fact. in d. Coĩ de die, in diẽ particulariter aſſignando cauſam pro qua, & quib⁹ fiunt, ita quod clare, & euidenter appareat, quorũ baſtardell. vnus ſit d. Camerarij, & alius remaneat apud Sindicum, & Maſſarios d. Coĩs; ſtatuentes etiã quod ipſe Camerarius teneatur in principio ſui officij dare V. C. vel eius officiali d. Coĩs duos bonos, & idoneos fideiubſores cum ſtipulatione certę pœnæ de obſeruãdo predictis Adrationatores vero d. Camerarij fiant, & eligantur per cõſiliarios, ſeu Maſſarios, & Sindicũ, & ſucceſſores in officio, & quilibet eorum debeat ra-

tionare infra X. dierũ finito ſuo officio, & relaxet baſtardellum introituum, & exituum in manib⁹ ſucceſſoris videl. Sindici, & Maſſariorũ pęna XXV. lib. deñ de facto auferendorũ.

Quando Sindicus, & Maſſarij poſſint congregare Conſilium. Rub. Cap. IIII

SIndicus, & Maſſarij d. Coĩs, vel maior pars ipſorum cũ voluntate V. C. poſſint, & eis liceat congregare, & congregari facere oẽs homines Coĩs d. Vallis Topini, & Villæ Balciani quotiens, & quando eis videbitur, & placebit pro vtilitate d. Coĩs, & inter eos proponere, ordinare, & reformare, & oĩa, & ſingula facere cum conſenſu, & voluntate conſilij dictorũ hominũ oĩum d. Coĩs, vel maioris partis ipſorũ prout eis videbitur, & placebit pro vtilitate d. Coĩs; debeantq. d. Sindicus, & Maſſarij requirere, & monere V. C. vel eius officialem, ac etiam proteſtari vt dicta ſtatuta, & ordinamenta dicti Communis, & iura vnicuiq. debeant obſeruare.

De Iuramento V. C. Rub. Cap. V.

VIcecomes Coĩs Vallis Topini, & Villæ Balciani, qui pro tẽpore fuerit, vel eius officialis in principio ſui officij iuret, & iurare debeat ad S. Dei Euang. corporaliter tactis ſcripturis ſuũ officiũ V. Coĩtat. facere, & exercere bona fide, & ſine fraude, & facere, & miniſtrare Ius, & Iuſtitiam omnib⁹ petentib⁹ coram eo equaliter diuitib⁹, & pauperib⁹, orfanis, & viduis, & miſerabilib⁹ perſonis, & oĩb⁹ alijs quibuſcunq. perſonis, & ſaluare, & cuſtodire ipſum Cõne, & homines ipſius Coĩs, & res & bona ipſius Coĩs, & bona Eccleſiarũ, & obſeruare, & obſeruari facere oĩa, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta, & reformationes factas, & fiend. & non permictere quod bona d. Coĩs inlicite expendantur; & nõ patietur, nęc pati faciet in conſilio, vel arenga aliquod arbitrium in formã capitulorũ præſentis ſtatuti, & ſi ei daretur nõ valeat vllo modo, & nihilomin. perdat de ſuo ſalario XXV. lib. deñ de ſuo ſalario ſi contra fecerit, & augumentabitur, & non minuet ipſum Cõne, & iura ipſius Coĩs, & iuriſditione ipſius Coĩs, & recuperabit perſonas hominũ d. Coĩs, & res, & bona ipſorũ toto poſſe ſuo, & qd. dabit bonum legale, & ſauium conſilium bona fide, & ſine fraude, & ſi d. V. C. fuerit negligẽs in pred. vel aliquo predictorum in XXV. lib. deñ per ſindicatores puniatur.

De Officio V. C. Rub. Cap. VI.

ITem ſtatuimus, & ordinamus qd. d. V. C. Coĩs d. Vallis, & Villę poſſit, & debeat recipere oẽm accuſam, & denuntiam coram eo fiend. & etiã formare oẽm inquiſitionẽ, & proceſſum per formam capitulorum pñtis ſtatuti, & dare, & ſtatuere, terminos, & dilationes, & ſcribere, & facere cõmiſſiones, & relat. & excuſat. & ſtipulat. recipere, & oĩa facere, & exercere poſſit, & valeat, vt Iudex, & tanquã Iudex, & officialis d. Coĩs, & determinabit finiet, & ſententiabit oẽs ciuiles, & criminales cauſas corã eo vertentes videl. ciuiles cauſas infra XXX. dies à die conteſtat. lit. cõputando, ni ſteterit per partes. Criminales vero infra L X dies vtiles à die excuſationis factæ, ſi cõpit. fiunt, vel à die initiati proceſſus quando contumax quis eſſet, & ſi aliter determinauerit, & vel diffiniuerit poſt d. tempus non valeat, nec teneat vllo modo. Excepto in criminalib⁹ cauſis, quod hoc intelligatur quando V. C. eſſet in Valle Topini pred. & ſi non diffiniuerit in d. tẽpora puniatur pęna viii lib. deñ, & in tanta quantitate in qua deberet condemnari reum accuſatũ, denuntiatũ,

vel

vel inquisitū, & obseruabit, & obseruari faciet oīa, & singula capitula huius statuti,& dabit bonum consilium, & bona fide, & sine fraude d. Cōni prout supra in hoc capitulo dictum est; & oēs credentias impositas, & imponendas retinebit quæ retinenda sunt, & augumentabit, & non permictet d. Cōne iurisditionem, & iura ipsius subfraudari, vel submicti,neq. minui, & obseruabit Instrū. publica, & obseruari faciet, quæ corā eo producta, vel ostensa erunt,ni essent falsa, vel simulata, vel de iure non valerent, vt in capitulo de ciuilib⁹ causis pleñ. continetur, & non recipiet ab aliqua persona aliqd. enseniū & non recipiet à Cōi vel specialib⁹ personis vltra salarium sibi ordinatum, & non acceptabit aliquod officiū durante suo officio extra d. Vallem Topini, & d. V.C. vel eius officialis finito suo officio debeat stare ad sindicatum trib⁹ dieb⁹ coram Sindico, seu Sindicis eligendis per Sindicū Coīs & Massarios d. Coīs, vel maiorem partem ipsorū, & d. V. C. vel eius officialis, teneatur,& debeat scribere oēs,& singulas scripturas publicas,& priuatas ad suū officium spectantes, & stare debeat continuo in d. Valle, & non discedere toto tēpore sui officij, nec se absentare ab officio pred. nullo modo sine espressa licentia dictorū Sindici, & Massariorū, vel maioris partis ipsorū pæna XX. lib. deñ de suo salario retinendorū, & d. V.C. tempore sindicatus teneatur, & debeat dare duos bonos fideiubsores sindico, seu Sindicis posit. ad sindicādum ipsum de stando Iuri & de soluendo omnem pænam in qua per dictis Sindicum, seu Sindicos exteterit condemnat.

Quod V. C. teneatur facere Inuentarium de libris suis. Rub. Cap. VII.

ITem statuimus,& ordinamus quod V.C. vel eius officialis coīs d. Vallis Topini,& Villæ Balciani teneatur,& debeat facere inuentariū de oīb⁹ libris,& cartis siue script. & non script. quaternorū, & librorū oīum scriptorū per ipsum toto tēpore sui officij, & ipsos libros, & inuentarium dare,& assignare debeat idem V.C. vel officialis Sindico,& Massarij d. coīs in fine sui officij, & etiā facere teneatur idem V. C. duos libros, seu bastardellos de introitib⁹, & exitib⁹ d. coīs, qui peruenerint ad manus Camerarij d. coīs, quorū vnum d. Camerarius retineat apud se, & alium remaneat penes Sindicum, & Massarios pred.sine aliquo ptio videlicet de bastardello quē remanet d. Sindico,& Massarijs tant.etc. et etiā scribere teneatur, et debeat in ipso bastardello omnes introitus,et exitus d. coīs tempore sui officij sine aliquo ptio vt dictum est, etc.

De electione, & officio Bayulorum. Rub. Cap. VIII.

BAyuli coīs Vallis Topini, et Villæ Balciani sint, et esse debeant duo bayuli boni, et sufficiētes, qui bayuli eligātur hoc modo videlic. qd bādiatur aut notificetur si quis sponte voluerit acceptare officium bayulat. ille, seu illi sint bayuli d. coīs cū salario deputando per d. coñe pro qualibet ipsorū pro sex mensib⁹. Si vero aliquis d. bayulat. officiū non acceptauerit sponte; Tunc Sindicus, et Massarij d. coīs, qui pro tempore fuerint facere debeant electionem duorū bayulorū cum d. salario pro d.sex mensib⁹, et ille,seu illi, qui fuerint electi, et nominati per d. Sindicum, et Massarios teneantur,e debeant ipsum officium acceptare, et facere peñ l. solid. deñ,etc. pro quolibet non acceptant. et si totū hoc deficeret, et prædicta locū non haberent volumus qd ipsi bayuli eligantur hoc alio modo videlicet quod primo,et ante oīa imbussulētur oēs Villæ d. Vallis Topini, et Villæ Balciani pro eius parte,et singulis sex mensib⁹ in consilio generali extraantur duo Villæ de d.Bussula

dummodo

STAT
14
BIBLIO
DEL S

LIBER

dūmodo d. Villæ fiant equales, vel quasi videl.in focularibus, & illæ duo Villæ sint in cō-silio corā oībus existentibus in ipso cōsilio extract. teneantur,et debeant dare duos bayulos vnū pro qualibet Villa cū d. salario à cōni pro d. sex mēsibus, et si d. Villæ vel aliqua ipsa-rū fuerint negligentes, et non dederint d. Bayulos ipsa Villa, seu Villę incurrant pænā quo-libet die qua steterit, seu steterint in mora de non dando d. Bayulos quinq. solid. deñ, et pro qualibet Villa sic electa, et extracta, et quolibet istorū modorū insimul, et separatim, et incepta una uia possit rediri ad aliam, ne coñe aut speciales personas ipsius coīs, et etiā Curia ipsius coīs patiantur detrimentum de ipso officio bayulat. prot. Et quod ipsi Bayuli teneantur facere citationes personales, uel ad domū habitationis cum familia, et habitātes in Villis non possint citari in Cūo. nisi citarentur personaliter, uel ad domū habitationis cū familia, et etiā facere illas ambassiatas, quas eis imponerentur per Sindicum, et Massarios, et Curiā coīs d. Vallis, et Villæ pertinen. et spectan. ad eorum officium bayulat. et omne totum, et quicquid faciunt pro utilitate Coīs, et Curiæ d. Vallis, et Villæ facere teneantur, & debeāt fideliter,et legaliter,& sine fraude, & oīa, & singula facere, quæ ad eorū spectant officiū. Citationes atq. relationes bayulorum, & cuiuscunq. ipsorū credatur, & habeatur pro plena fide non obstant. si de cōmission. &c. non appareret, sed solum citationis rela-tio sufficiat absq. cōmissione, & hoc locum habeat in Ciuilib⁹ causis. Saluo quod in cau-sis malificiorū debeat apparere de cōmissione, & relatione, & quicunq. ex d. bayulis falsā fecerit ambassiatā, seu citationē, vel relat. vel fraudē comiserit in suo officio puniatur pæ-na XX. solid. deñ, & dannū passum emendet patienti pro qualibet Vice, & persona. Qui bayuli vnus ipsorū continue morari debeat cū Curia, nec se absentare debeat sine expressa licentia ipsius Curiæ ad pæna V. solid. deñ pro quolibet, & qualibet vice de facto auferen-dorū, & quod ipsi Bayuli non possint facere aliquā aduocatione,vel procuram pro aliquo corā Curia ad pænam XX. solid. pro quolibet,& qualibet vice, & quod ipsi Bayuli, & qui-libet ipsorū possint eorum officiū facere, & exercere etiā post finit. sex mensib⁹ donec alij bayuli noui electi fuerint, & iurauerint eorū officium, & quicquid per ipsos, vel aliquem ipsorum factum fuerit valeat, & teneat non obstāt. elapsis d. sex mensib⁹; Et quod nullus bayulus possit facere aliquā ambassiatā extra distrip. d. Coīs Vallis Topini,& Villæ Balcia-ni pro facto prop. alicuius officialis contra eorū velle, & si aliquis officialis cogeret ipsos pro pred. soluat de suo salario pro quolibet,& vice qualibet C.solid. dañ,&c. Et si d. bayu-li,vel aliquis ipsorū non fecerit citationes,vel relationes prout eis,vel alicui ipsorū mandatū, & dictū fuerit soluat de suo pro quolibet, & qualibet vice solid. V. deñ &c. Et pref. bayuli, & quilibet ipsorū teneantur, & debeant in principio eorū officij iurare corporaliter tacto libro in manib⁹ V. C. d. eorū officium bayulat. & oīa suprad. & infrascripta capitulorum præsentis statuti pertinen. & spectan. ad d. eorū officiū, & qd. p formam ipsorum capi-tulorū statut. teneantur, & debeant facere, & exercere sollicite, diligenter, fideliter,& lega-liter sine aliquo fraude ad pænam in statuto contempt. & noīa, & pronomina dictorū ba-yulorum scribantur in libro reformat. d. Coīs cum anno, mense, & die, & cum iuramē-to ipsorum bayulorum manu V. C. qui pro tempore fuerit.

Quod Sindici, & Massarij possint eligere aliū loco cōsiliariorū mortuorū. Rub. Cap. VIIII

SI cōtigerit aliquē Massariū, Sindicū, vel Camerariū d. Coīs mori vel absentari à d. Val-le Topini,& Villa Balciani,vel eius distript. per longā absentiā,quod Sindicus,& Mas-sarij d. Coīs, qui pro tempore fuerint, vel maior pars ipsorū loco ipsius mortui, vel

absentis

absentis aliũ eligere possint, & valeant, & scribi facere de ead. Villa seu loco a qua, seu quo talis mortuus esset in XV. dies postquam talis mortuus esset, vel absent.

De Sindicamento officialium Rub. Cap. X.

MAssarij, & Sindicus d. Coĩs Vallis Topini, & Villæ Balciani qui pro tempore erunt in officio d. Coĩs teneantur eligere Sindicum, seu Sindicos, seu adrationatores ad sindicãdũ tantũ V. C. vel aliũ officialẽ forensem, quã etiam officiales nostratos de sex mensib⁹ in sex mensib⁹ V. dieb⁹ ante finẽ officij ipsorũ, & cuiuscunq. eorũ videlicet hoc modo qd. d. Sindicatores, & Notis si opus fuerit, & eis videbitur eligantur per d. Sindicos, & Massarios d. Coĩs, & ille vel illi sint, & esse debeant Sindicatores, & adrationatores, & Not. ad sindicandum ipsos officiales, vel aliquẽ ipsorũ, qui sindicatores, adrationat. & Not. habeant, & habere debeãt pro eorũ salarijs illud quod per d. Sindicũ, & Massarios fuerit deliberatũ, qui Sindicus, & adrationatores pref. habeant plenã iurisditionẽ, cognitionẽ procedendi, inquirendi, sententiandi, sine strepitu, & figura Iudicij cõtra pred. officiales delinquentes cõtra formã pñtis statuti, & repertos culpabiles m X. lib deñ pro quolibet cõdemnare, & sententiare, & in restitutione rei acceptæ indebite Cõi seu speciali personæ & in eo quod dannificasset Coñe, vel speciales personas indebite, & cõtra eorũ proces. sẽtentiã, seu condemnationem per ipsos sindicatores, & adrationatores feren. nil possit opponi videl. V.C. Sindicus, & Massarij, qui erunt pro tempore teneantur, & debeant sententias, & condemnationes pred. infra XV. dies pœna XX. lib. exequtioni mandare; Et V.C. vel alius officialis forensis teneantur, & debeant tempore eorũ sindicatus dare eorũ Sindicis, seu Sindicatorib⁹ duos bonos fideiubsores de stando iuri, & etiã conseruando indemn. eorum Cõne, & speciales personas in administratione eorum officij.

Quod V.C. debeat exequi sententias suo tempore latas. Rub. Cap. XI

VIcecomes vel eius locumtens, vel officiolis d. Coĩs dictarũ Vallis, & Villæ teneantur, & debeant oẽs, & singulas condemnationes, & cõdemnatorias sententias latas tempore ipsorũ officij exequi, & exequtioni mandari cũ effectu in vnũ mensem à die latę sententiæ sub virtute prestiti iuramenti exceptis sententijs cõtumaciter latis, & sententijs vltimis, quas tulerit tempore sui officij, & si negligens fuerit in pred. incurrat pænã V. solid. pro qualibet vice, & pro quolibet condemnan. per sindicatores ipsius Coĩs.

Quod reformationes, & ordinamenta valeant modo infras. Rub. Cap. XII.

OMnes, & singulas deliberationes reformationes, & ordinamenta, & prepositas factas, seu fiend. per Sindicus, & Massarios d. Coĩs in quib uscunq. consilijs, arenghis, seu addunantijs habentib⁹ autoritatẽ, valere volumus, & tenere non obstantib⁹ quod non reperirentur bãdimenta facta de ipsis, vel aliqua ipsarũ, & nõ obstante quod nõ essent factæ prepositæ contra quas reformationes, deliberationes, ordinamenta facta ab autoritate habentib⁹ nihil possit obici, vel opponi. Adit. est huic capit. quod in quacunq. arenga, Adunantia, vel consilio hominum d. Cri Podij, & totius Vallis Topini, & Villæ Balciani pred. fieret aliqua preposita sup qua consiliũ fuerit reditum per aliquẽ consultorẽ, vel plures, quod Sindicus, & Massarij de voluntate V. C. si fuerit teneantur, & debeant mictere ad partitũ, ad bussulã, & ad fabas dictum, & consilium illius consultoris, & non alio modo,

& quod deliberatũ fuerit, & ad tentũ per maiorẽ partẽ ipsorũ Consiliariorũ, Sind. & Massariorũm, & hominũ d. Coïs. Hoc tamen declarato, quod si dicta consultorũ fuerint in substantia ad inuicẽ Contraria, quod tunc mictatur ad partitũ dictũ senius contra dictũ alterius: Et si plures consultores reddiderint consilium in eadẽ substantia, & effectu alius consultor siue plures consulerint in contrarium tunc vt supra mictatur ad partitum vnũ dictũ contra aliud, & illud quod obtinebitur per maiorẽ partẽ ad statium in ipsa arenga, adunãtia, vel Consilio roboris obtineat firmitatẽ, & reformat. ac pro reformato solemniter habeatur, & si aliter fieret non valeat. Et præd. V. C. Sindicus, & Massarij contrafacientes in aliquo de præd. pænam incurrant X. solid. deñ pro quolibet & Vice qualibet.

Quod Sindicus, & Massarij teneantur assignare debita Coïs eorum successoribus. Rub. Cap. XIII.

SIndicus, & Massarij d. Coïs qui sunt, & erunt pro tempora teneantur, & debeant infra octo dies post depositionẽ eorũ officij consignare Sindico, & Massarijs nouis oĩa, & singula debita Coïs facta eorũ tempore in scriptis ad pænã XV. solid. deñ pro quolibet, & quod singulis sex mensib⁹ per Sindicũ, & Massarios d. Coïs imponatur collecta pro d. debitis prout eis vel maiori parti ipsorũ, & videbitur, & placebit ad d. pẽnã pro quolibet ipsorũ

Quod Sindicus, & Massarij possint prorogare terminos in Processibus, & sententijs ferendis. Rub Cap. XIV.

AD hoc vt processus Ciuiliũ, & Criminaliũ causarũ, & etiã sententiæ super eis ferẽdæ perire non valeãt, statuimus, & pñti Lege firmamus, quod Sindicus, & Massarij Coïs Vallis Topini, & Villæ Balciani, vel maior pars ipsorũ, vna cũ V. C. & de sua voluntate possint, & valeant vbi, & quando, & quotiens opus fuerit, & eis videbitur, & placebit in ipsis processis expediendis, & in sententijs super eis ferendis terminum, seu terminos stitut. infra quẽ, seu quos debeant ipsi processus expediri, & super eis sentẽtias ferri prorogare, & etiã in terminis testiũ recipiendorũ, & quicquid per eos factum fuerit valeat, & teneat non obstante aliquo statuto quod in contrarium loqueretur.

De Ambassiatoribus transmictendis. Rub. Cap. XV.

STatuimus, & ordinamus, quod Sindicus, ex Massarij, qui pro tempore erunt in officio Massariat. d. Coïs teneantur; & debeant in ambassiatis quas expedit transmicti debere in seruitiũ d. Coïs talẽ modũ seruare videlicet quod quandocunq. fuerit opportunum aliquẽ, seu aliquos ambassiatores transmictere, transmictant bonos legales, & sufficientes, quo, seu quib⁹ trasmissis, ipsum, vel ipsos ambassiatores semel transmissos toto tẽpore eorũ officij amplius nõn transmictant. Hoc declarato quod ambassiatores euntes ad locũ distantẽ per XX. miliaria, vel infra vsq. ad quinq. miliaria habeant pro quoliqet eorũ, & pro quolibet die X. sol. deñ; Et à XX. miliarib⁹ supra habeant sol. xii deñ 6. pro quolibet eorũ, & qualibet die, & à quinq. miliarib⁹ infra, sol. V. deñ pro quolibet, & plus, & minus in quolibet dictorũ casuu prout d. Sindico, & Massarijs videbitur, & placebit.

De Salarijs Sindici, Massariorum, & Camerarium Coïs. Reb. Cap. XVI.

MAssarij, Sindicus, & Camerarius d. Coïs qui pro tẽpore erunt habeant, & habere debeant à d. Coñi pro eorũ Salarijs pro sex mensib⁹ videlicet quilibet Massarius habeat XXX. sol. deñ, & Sindicus lib. V. deñ, & Camerarius habeat lib. X. deñ

pro

ro singulis sex mensib⁹, & plus petere non possint, nec habere, quæ salaria Camerarius d. Coīs, qui pro tempore fuerit soluere debeat de bonis, & pecunijs d. Coīs in fine sui officij, & plus, & minus Sindic. & Massarij d. Coīs cū voluntate Consilij d. salaria possint accrescere, & decrescere prout eis videbitur, & placebit.

Qd. Massarij, & Sindicus obediant V. C. in suo officio facien. Rub. Cap. XVII.

ITem cū expediat, & congruū sit, qd qui honorē sentit à suo Coñi, & onera sentiat ab eodē statuerunt, & ordinauerunt reformantes, qd oēs Massarij, Sindicus, & Camerar. qui pro tempore erunt, ac etiā oēs alij homines de d. Valle Topini, & Villa Balciani, & eorū districtu, & quilibet ipsorū qui requisiti fuerint à d. V. C. Vallis Topini, & Villæ Balciani, & pro eius parte, & mand. pro aliqua seu aliquib⁹ exequtionib⁹ facendis de aliquo seu aliquib, condēnatis, vel pro aliquib⁹ datiuis, vel collectis in d. Coñi, vel etiā in exercendo qualib⁹ suū officiū V. Comitat. & in oīb⁹ alijs negotijs d. Coīs venire debeant, & se presentare coram ipso V. C. vel alio officiali, & accedere ad locū vbi per ipsum V. C. mand. fuerit ad d. executionē, & negocia facienda, & ab ipso V. C. non discedere donec d. exequtio, seu alia necessaria ad d. suū officiū spectantia facta fuerint, & ab ipso licentiā habuerint discedēdi. Et qui cōtra fecerit in pred. vel aliquod predictorū incurrat peñ X. lib. deñ de facto auferen. saluo qd. quicunq. habuerit iustā causan. & excusam legitimā qd. ad d. pœnā minime teneatur, & V. C. pred. possit procedere in pred. per omnem modum.

De modo imponendi datiuas, seu collectas. Rub. Cap. XVIII.

ITē statuerunt, & ordinauerunt reformantes, quod pro debitis, & expensis d. Coīs videlicet pro subsidio faciendo pro salarijs V. C. Massariorū Sindici general. & Camererij d. Coīs, pro salarijs Castellanorū, & bayulorum pro ensenijs faciendis in fest. Natiuitatis Dñi, & resurrectionis, & pro salarijs Sindicorū, & ad rationatorū officialiū d. Coīs, & pro salarijs, & prouisionib⁹ ambassiatorū trasmissorum in seruitiū Coīs qn. necess. fuerit. Et pro singulis oīb⁹ expensis fiendis in d. Coñi. Imponatur collecta, siue datiua hoc modo videl. p quantitat. ex peñ imponatur per catastū videl. per librā extimat catasti, & per focum, & per librā, & focū Sindicus, & Massarij qui pro tempore fuerint infra XV. dies in principio orū officij debeant ad sortē prout eis, vel maiori parti ipsorū videbitur, & placebit, ita qd. datiua imponantur singulis sex mensib⁹ per librā, & focum, vt dictum est.

Quod Comerarius Coīs non soluat aliquā quantitatē sine deliberatione, & modo infrascr. Rub. Cap. XIX.

ITē dicimus. statuimus, & ordinamus qd Camerarius d. Coīs qui pro tēpore fuerit non audeat, vel presumat aliquā quantitatē pecuniarū de pecunijs, & ere d. Coīs dare soluere, vel tradere alicui sine expressa licentia, & deliberatione Sindici, & Massariorū d. Coīs, vel maioris partis ipsorū, & si contra fecerit de suo proprio dedisse, & soluisse presumatur, & habeatur. Hoc addito huic capitulo, & expresse ordinato, & declarato, qd idem Camerarius de denariis, & pecuniis exactis, & exigēdis, & ad suas manus peruentis, seu perueniendis de datiuis, & collectis impositis, & imponendis teneatur, & debeat conuertere, soluere, & destribuere in illis, & pro illis expensis salariis, & debitis, pro quib⁹ d. collecta, seu datiua imposita, ordinata, & deliberata fuissent per Sindicū, & Massarios d. Coīs, & nō possit neque debeat aliquā quātitatē de dictis collectis seu datiuis cū deliberatione vel sine

dare

dare soluere vel quomodolibet expendere pro aliquib⁹ opportunitatib⁹, & necessitatib⁹ d
Coïs nisi tantummodo pro subsidiis solut. & salariis subscriptis ad pænã, & sub pæna XX
solid. denñ, & ead. pæn. volumus incurrere Sind. & Massar. d. Coïs qui deliberauerint qc
ex d. denariis, & quantitate pred. aliqua quantitas conuerteretur, vel expenderetur aliqu
occasione quã occasionib⁹ suprad. & V. C. si pred. consenserit incurrat pæn. dupl.

De electione Viarior. & Seinator. & eorum officio Rub. Cap. XX.

VIarii, & Seinatorii super viis, & Seinatis Communis vallis Topini, & villæ Balciat
& eorum distrĩct. sint illi, & illius qui electi, & deputati fuerint per Sin
dicum, & massarios dicti Communis vel maiorem partem ipsorum,& nomina i
lorum talium electorum scribantur in libro reformat. vbi scribuntur alii officiales dic
Communis manu V. C. qui pro tempore fuerit, vel alterius officialis dicti Coïs. Qui sin
dicus, & massarii predicti cum maior pars ipsorum debeãt eligere ipsos uiarios, & senat
rias bonos, & sufficientes ad predicta faciend. Qui viarii,& senatarii teneantur in principi
eorum officii Iurare ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis in manu V. C
eorum officium facere, & exercere bene legaliter. & fideliter, & obseruare contenta i
presenti cap.& in aliis qui de tali materia loquerentur. Et ipsi Viarii, & senatarii pra
dicti, & quilibet ipsorũ in sua contrata vna cũ V. C. & sine rimari ediscut. & reinueni
oẽs,& singulas vias, tã in eorũ cõtratis quã etiã per totã Vallẽ Topini,& villæ Balciani,et
stript. eorũ,et ipsas vias quas nõ inuenerint terminatas debeant vna cũ Massariis, quos el
gerit, et duxerint cũ eisdẽ si eis videbitur terminare,& vbicũq. inuenerint ipsas fore ad pr
hẽsas p aliq. teneãtur et debeãt mãdare tali sup apprehendẽti qd.sup apprehensã relap. ip
viã in pristinũ statũ secundũ d. determinationẽ infra X dies pen. ℔. sol. pro quolibet et qu
libet vice per Curiam, et V. C. de facto auferendorum Volumus etiam, et presenti le
firmamus, quod quotiescumq. dicti Viarii, et senatarii vel aliquis ipsorum fuerint requis
ti per aliquem seu aliquos super aliquo stretio viarum senaitarum Itinerum, et etiã term
norum seu aliud, p loco termini haben. teneantur et debeant ire ad locum vbi d. str
itium esset, & ipsum stretiũ terminare, et finire recepta informat. ab aliquibus de adiac
d. stretii, et quod factum fuerit per eos vel aliquẽ ipsorum Viariorum et senayt. valeat,
teneat, et ille seu illi tales viarii seu senatarii qui d. Strectium diffiniuerint, et terminau
rint habeant pro eorum salario pro quolibet terminat. seu loco termini qd. Immiserint s
determinauerint, et pro quolibet parte XII. den. etiã pro quolibet alio strectio qui finiu
rint similem salarium habeant. Et omnes supradictæ stratæ, et viæ Coïs. d. Vallis, et vil
sint et esse debeant tantę amplitudinis qd. oĩ. tempore possint vti cum animalibus pond
ratis, et cum baractis ita, et taliter quod coutinuo, et semper quilibet cum d. animalib
ponderatis, baractis, vel aliis quibuscunq. oĩb. vel non ponderatis ire, & redire habili
possint, & valeant, & d.viarii, seu senatarij, teneantur, & debeant quilibet in sua contra
terminare, & determinare stradas, & vias,& quis inuenerit super ad prendisse referre V.
vel suo Officiali, & si d. viarii, fuerint negligentes ipsi vel aliquis ipsorum in predicto p
niatur pen. X. sold. de facto.

FINIS LIBRI PRIMI.

TABVLA PRIMI LIBRI

De officialibus Communis qui regere debent, & eorum officio.	*Rub.*	*Cap.*	*I*
De modo eligendi Sindicum, Massarios, & Camerarium.	*Rub.*	*Cap.*	*II.*
De iuramento, & officio Camerarij.	*Rub.*	*Cap.*	*III.*
Qd. Sindicus, & Massarij possint congregare consilium.	*Rub.*	*Cap.*	*IIII*
De iuramento V.C.	*Rub.*	*Cap.*	*V*
De officio V. C.	*Rub.*	*Cap.*	*VI*
Qd. V. C. teneatur facere inuentarium de libris suis.	*Rub.*	*Cap.*	*VII*
De electione, & officio bayulorum.	*Rub.*	*Cap.*	*VIII*
Qd. Sindicus, & Massarij possint eligere alium loco consiliariorum mortuorum.	*Rub.*	*Cap.*	*VIIII*
De Sindicamento officialium.	*Rub.*	*Cap.*	*X*
Qd. V. C. debeat exequi sent. suo tempore latas.	*Rub.*	*Cap.*	*XI*
Qd. reformationes, & ordinamenta valeant modo infrascr.	*Rub.*	*Cap.*	*XII*
Qd. Sindicus, & Massarij teneantur assignare debita coīs eorum successoribus.	*Rub.*	*Cap.*	*XIII*
Qd. Sndi. & Massarij possint prorogare terminū in processib. & sententijs ferendis.	*Rub.*	*Cap.*	*XIV*
De Ambassiatoribus trasmittendis.	*Rub.*	*Cap.*	*XV*
De Salarijs Sindici, Massariorum, & Camer. coīs.	*Rub.*	*Cap.*	*XVI*
Qd. Massarij, & Sindic. &c. obediant. V.C. in suo officio faciendo.	*Rub.*	*Cap.*	*XVII*
De modo imponendi datiuas, seu collectas.	*Rub.*	*Cap.*	*XVIII*
Qd. Camer. Coīs non soluat aliquam quantitē sine deliberatione, & modo infrascrit.	*Rub.*	*Cap.*	*XIX.*
De electione Viariorum, & Seynatorum, & eorum officio.	*Rub.*	*Cap.*	*XX*

LIBER SECVNDVS.

De modo procedendi in Criminalibus causis. Rub. Cap. primo.

CVM pœna suos tenere debeat auctores, ad hoc vt malificia non remanent impunita. Statuimus, & ordinamus qd. V.C. Vallis Topini, & Vil-Balc. vel eius official. seu locumt. possit, teneatur, & debeat procedere per accām, denūptiat. seu inquisit. ex officio super quibuscūq. maleficijs, excessib⁹ delictis factis, seu cōmiss. fiendis, seu cōmicten. in d. Valle & Villa, & eorū distriptu super oīb⁹ maleficijs cōmissis, seu cōmicten. corā Curia, seu official. & sup oīb⁹ alijs maleficijs, de qui⁹ permictitur per formā capitulorū prītis statuti supra, & infrascrit. vel pāt. posse procedere per inquisit. ex officio, & contra processus qui fierent super ipsis malefic. & de ipsis per Curiā Coīs præd. Vallis, & Villæ nihil possit obbici, vel opponi occasione alicuius solemnitat. seu substantialitat. obmissæ, vel non seruatæ; dūmodo de malef. super quo, seu quib⁹ procederetur constet Curiæ per testes idoneos, vel per confessionē factā. Et accusans de iniuria sibi facta audiatur, & admictatur ad ipsam accusam facien. seu porrigen. etiā si accusaret aliquē, seu aliquos, de maleficio, seu maleficijs, de quib⁹ per Curiā Coīs d. Vallis procedi non possit per inquisitionē secundū formā capitulor. statut. supra, & in post. & talis contra quē procederetur ex parte Curiæ tā per accusam, quā per inquisit. citari debeat per bayulū, siue memptiū coīs d. Vallis in certū termiuū per Curiā statuen. campareat corā Curia ad se excusan. & defenden. ab accusa, inquisitione, seu processu, qui fieret contra eum, & si talis cōtra quē procederetur non copareret corā Curia præd. in termino, tunc iterum, & per emptorie citetur per Bayulū d. Coīs, vt infra certū terminum per Curiā prefigen. à tali accusa processu, seu inquisit. fact. seu facien. contra ea, & si in ipso vltimo termino, & perhemptorie non comparuerit ipse,

vel aliquis pro eo qui eius absentiã allegaret, quã absentiã quilibet ei cõiunctus possit, & valeat allegare cũ iuramen. de nouo prestãdo, & tunc Curia ipsius Coïs possit, & debeat ipsi alleganti terminũ cõpetentẽ assignare, in quẽ terminũ per Curiã assignan. talis, pro quo fuerit allegat. absentia possit, & valeat cõparere. Elapsis vero terminis suprad. talis contra quẽ proceditur possit, & debeat pro parte ipsius Curiæ poni per bayulũ Coïs in banno in ea quãtitate, qua deberet puniri, & condẽnari per formã capitulorũ statut. loquen. de tali maleficio, seu maleficijs, de quib⁹ procederetur per Curiã præd. & si ipsum bannũ datũ fuerit in maiori, vel minori quantitate nõ preiudicet ipsi processui enim ipse processus, vel bãnũ propterea vitietur dũmodo in sententia ferenda corrigatur, & in ipso banno assignetur terminus triũ dierũ, in quẽ possit, & valeat cõparere, & si in ipsis terminis vel aliquo ipsorũ non cõparuerit habeatur pro confesso, & conuicto, de malef. seu maleficijs, de quo, seu quib⁹ procederetur, & tanquã confessus, & conuictus possit, & valeat condẽnari. Si vero talis accusatus, seu inquisitus cõparuerit corã ipsa Curia, & in ipsis terminis, vel aliquo ipsorũ accipiatur eius excusatio recepto ab eo idoneo fideiubsore, seu fideiubsoribus, vt curiæ videbitur de parend. mandatis Curiæ, & de representando eum, & de condẽnatione soluẽda & assignetur per ipsam Curiã terminũ eid. cõpeten. quinq. dierũ proxime venturorum ad oẽm suã defensionem faciendam de hijs de quibus proceditur contra eum, & in X. die à die excusationis Curia ipsius Coïs recipiat testes super ipso processu accusa, seu inquisitione, & elapso d. termino ipsos testes publicare, & aperire debeat reo pred. p̃mo requisit. ad viden. ipsorũ testiũ publicat. n. talis tẽpore suæ excusat. Curiæ de pred. licentiã concessis recipiendi testes, & publican. & Curia teneatur eid. si pẽtitũ fuerit copiã totius processus facti contra eum, & attestator. testium recept. &c. ad offensam, & defensam, & si eid. d. copia fuerit denegata per ipsam Curiam eid. tẽpus non currat donec ipsam copiam habuerit Curia pred. possit, & ei liceat ponere, & recipere super qualibet accusa coram eo porrigen. vsq. in sex testes ultra testes ab accusatore product. nulla exceptione obstant. Volumus insuper, qd. sententijs ferend. super ipsis maleficiis, & etiam in allegando super ipsis causis maleficiorũ sufficiat bannimentũ fiend. per bayulũ Coïs ex parte Curiæ absq. alia citatione fiend. de reo ad sententiam audien. & allegan. quæ sententiæ fieri debeant in palatio Coïs, uel ubi Curia resideret additur etiam huic capitulo qd. p̃ quocunq. contra quẽ procederetur absenti citato, uel in banno posito, possit, qui uelit per se principaliter obligare, & satis dar̃ donec cõparere ad se excusand. confitend.

De pœna maledicentis Deum Virg. Mariam, & Sanctos. Rub. Cap. II.

MAledicentes, & blasfemantes, seu dispicentes Deũ, vel B. Virginẽ Mariam eius Matrẽ (blasph. dictis aut. factis nõ spectantib⁹ ad S. Officiũ) uel adontantes sua lingua, uel linguis in C.C. sol. deñ uice qualibet puniantur ipsi, & quilibet ipsorũ contrafacient. Si quis uero maledixerit blasfemauerit, seu adontauerit aliquẽ Sanctũ, uel Sanctam in XX. solid. deñ pro quolibet, & qualibet uice puniatur, & si cõmissiũ fuerit coram Curia duplicetur pæna, & sup̃ pred. Curia possit procere per oẽm modum.

De pœna offenden. V. C. vel suum official. Rub. Cap. III.

VIcecomitem, uel suum officialẽ seu locumtenentẽ coïs tempore quo steterit in ipsa Valle, uel tẽpore sindicat. ipsorũ offendens puniatur pœna duplicius quantitatis, qua puniri deberet si offendisset aliquem de Valle præd. per formam statuti, & simili

modo

modo pœna dupli puniatur V.C. vel eius lñs offendens aliquẽ de d. Valle, & V. C. vel eius efficialis Coĩs pred. Vallis,de malef. cõtra pred. Cõmiſſis poſſit procedere per oẽm modũ

De pœna offendend. aliquem officialem videlicet Sindicum, Maſſar. ſeu conſiliarior. & Curiam Coĩs, vel alium officialem d. Coĩs. Rub. Cap. IIII.

OFenſionẽ aliquã faciens, contra Sindicũ, Maſſarios, ſeu Conſiliarios, & Camerariũ Coĩs d. Vallis, vel aliquẽ ipſorũ ſoluat duplicatã pœnã illius quantitatis, quam ſoluere deberet ſi offenderet aliquẽ de d. Valle, & hoc intelligatur, quando talis offenſio de pred. officialibꝰ ſtaret in aliqua adunantia, aut intraſſet, veniſſet, aut receſſiſſet de mand. V. C. ex deliberat. conſilij pro aliqua exequtione,ſeu ambaſſiata fienda, vel alia cauſa mandato d. cõſiliorũ, & ſuper pred. Curia d. Coĩs poſſit per oẽm modũ procedere.

De pæna facentis Inſultum. Rub. Cap. V.

INſultum faciens contra aliquẽ ad domũ propria, vel conductã ad Eccleſiam, in ſtradã publ. vel palatium Coĩs, vbi Curia reſidet,vel in plateis Caſtror. & locor. d. Vallis,vel in adunantia pro aliquo mortuo, vel in quacunq. alia addunantia Coĩs d. Vallis, vel in quacunq. alia adunantia vbi eſſent à XX. hominibꝰ ſupra, vel in aliquo d. locorũ cum armis puniatur pæna duodecim librar. deñ, pro quolibet contrafacien. & qualibet vice excepto cultello cũ quo non intelligatur inſult.cũ armis .n. ipſum cultellũ extraxer. vel cũ ipſo cultello exuaginato inſultum fecerit contra aliquẽ ad d. loca, vel aliquẽ ipſorũ, vel ad aliquẽ alium locũ. Si autẽ inſultus fact. fuerit per aliquẽ contra aliquẽ ſine armis ad d. loca vel aliquẽ ipſorum puniatur in ſex lib. deñ pro quolibet,& vice qualibet. Si autẽ quis fecerit inſultũ cõtra aliquẽ alibi quã ad pred.loca,vel aliquẽ ipſorũ vbicunq. fuerit cũ armis puniatur pæna ſex lib. deñ, & ſine armis in tribꝰ lib. pro quolibet, & qualibet vicę; & in quolibet caſuũ præd. penæ ſuprad.duplicentur ſi prædicta,vel aliquod prædictorũ commiſſum fuerit contra V.C. vel ſuum officialẽ Coĩs d. Vallis, & in præd. caſibꝰ, & quolibet prædictorũ V. C. vel eius officialibꝰ Coĩs Vallis præd. plenã habeat cognitionẽ, & etiã in oĩbus alijs malef. contra præd. V. C. vel eius officialẽ, ſeu Intẽm comiſs. V. C. vel eius locũten. ſi nõ cõſtrimpſerit ad ſoluen. ipſam penã, Ille, qui aliquã iniuriã feciſſet contra eos, vel aliquẽ ipſorũ ad pœnã aliquam, nullatenus teneatur, & in pred. & quolibet predictor. V. C. vel eius official. Coĩs pred. Vallis poſſit procedere per accuſam denumptiat. & inquiſitionẽ, & in pred. caſibꝰ, & quolibet predictor. ſufficiat probatio quinq. teſtiũ de publ. voce, & fama non deſinent. in primo, ſecundo, & tertio gradu iniuriati, vel iniuriantis ſi pred. vel aliquod predictorum commiſſum fuerit de nocte.

Qd. inſult. confundatur ſi cum eo aliquam iniuriam fecerit ex qua maior poena ſequatur. Rub. Cap. VI.

INſultus faciens cõtra aliquẽ cũ armis, vel ſine, & vltra d. inſultum fecerit aliquã iniuriã ex qua iniuria eſſet maior pæna quã inſultũ confundatur inſultum, & condemnetur de maiori iniuria, & pæna, & ſi vltra d. inſultum quis fecerit alicui aliquã iniuriam ex qua iniuria exultaretur minor pœna, vel par pœna inſulti qd. condemnetur de inſultum;& de iniuria, de quo eſſet pari, vel minori pæna ſecundum formam dictorum ſtatutorum.

De

De pænã percutientis aliquem cum aliquo genere Armorum. Rub Cap. VII

PErcutiens aliquẽ cũ aliquo genere armor. lapide, baſtone ligneo, vel aliqua re ſimili collo ſuꝑ cũ ſanguinis effuſione ſoluat pro quolibet, & qualibet vice C. lib. deñ, & ſi ex d. percuſſione coccia capitis fuerit rocta, fracta, vel fiſſa, vel cicatrix in faci atrox perpetuo permanſura ſoluat pænam pro quolibet,& qualibet Vice CL.lib. deñ. & ſ ſanguis non exiuerit ſoluat pen. XV. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice. Si quis au tẽ percuſſerit aliquem cum aliquo genere armor.de ferro,ſiue lapide vel baſtone in collo vel à collo infra cum ſanguinis efluſione, vel aliqua re ſimile ſoluat pænam XXV. lib. den & ſine ſanguinis effuſſione ſoluat pen. XII. lib. den. pro quolibet & vice qualibet. Et ſ ex d. percuſſionib⁹ vel aliqua ipſarũ aliquod oſſum eſſet fractũ, vel inciſum, ex toto, ve oſſum ſiue membrum magagnatum, vel debilitatũ remaneret ſoluat pænam percutiens C lib.den.ſi vero aliqd. mẽbrũ de infraſcrit. ſcilicet manus pes,oculus naſus,vel lingua perde retur occaſione alicuius percuſſionis ſoluat pęnam percutiens C.C. L. lib. den. & ſi aliu membrũ perderet videlicet digitum auriculã in C. lib. den. puniatur percutiens, & de ipſ oſsis fractis, & de inciſione, & de mẽbri magagnatione,& debilitatione, & cicatrice atroc & ſigno remanſuro ex percuſſione, vel percuſsionib⁹ ſtetur, & credatur dicto,ſeu relation medici, vel medicorũ, qui medicati fuerint, ſeu fuerit ipſum paſſum, ſeu percuſſum,vel ali orũ medicorũ, ſeu medici per Curiã eligend. cũ ſacramento de nouo preſtando. Percuſ ſiones vero, quæ fierent de nocte poſsint probari per famã publicã quinq. teſtiũ dũmod non actineant iniuriat. vſq. in tertium gradum, & non sint inimici iniuriantis que probati pro legitima habeatur sine aliquo alio aminiculo.

De Pæna percutientis aliquem manu vacua Rub. Cap. VIII.

MAnu vacua aliquẽ percutiens in facie cũ ſanguinis vffuſione à collo ſupra in XXV lib den. condẽnetur. Si ſine ſang. in X. lib. den. condẽnetur. Si quis autem de derit calciũ, vel eũ impinſerit, & propterea in terrã ceciderit, & ſanguis exiuer in XX. lib. den. condẽnetur; ſi vero ſanguis non exiuerit in C. ſolid. den. condemnetur Siue in terrã ceciderit ſiue non. Si quis autẽ percuſſerit alibi quã in facie. Videl. in collo vel à collo infra, & ſanguis exiuerit in XV. lib. den. condẽnetur, & ſi ſanguis, nõ exiuerit i 8. lib. den. condẽnetur. Si quis autẽ aliquẽ ceperit per capillos,& propterea in terrã cec derit, & ſanguis exiuerit in XXV. lib. den. condẽnetur, & ſine ſang. in X. lib. den. condi netur. Si autẽ vero non cadere fecerit in terrã in C.C. ſol. condẽnetur. Si quis iniurio aliquẽ momorderit in facie, ita quod cicatrix remaaſerit perpetuo euidens in L. lib. den condẽnetur, & ſi cicatrix non remanſerit, & ſanguis exiuerit in XX. lib. den. condẽnetur Si vero in alia parte corporis, & malo modo momorderit, & ſanguis exiuerit in X. lib. den cõdãnetur. Si quis autẽ iniuriosè ceperit aliquẽ per pannos ad pectus,vel ad capezale, ve delamauerit alicui pannos de dorſo in C. ſolid. den. condemnetur, & ſi aliquis iniuriosè aliquẽ ceperit per naſum, vel manũ miſerit ad gulã ita qd. ſanguis exiuerit in XX. lib. den condẽnetur, ſi ſanguis non exiuerit in mediã pœnã pred. puniatur. Si autẽ aliquis alicu in facie expuerit, vel aliã turpitudinẽ ſimilẽ iniuriosè, vel ſtudioſe proiecerit in centũ ſolid den. condẽnetur, in alijs vero locis quã in facie in medietat. pæne pred. puniatur.

De

De pæna euaginantis ſpadam, vel cultellum, & cum eis adminaccerit. Rub. Cap. IX.

QVicūq. euaginauerit cōtra aliquē cultellū, ensē, ſeu ſtoccū vel aliquod genus armorū fodorū habentiū, ſeu vaginā, vel cū eo adminaccerit in X. lib. den. cōdēnetur; ſi autē aliquis adminaccerit cōtra aliquē cū armis nō euaginatis ſoluat peñ. centū ſolid. deñ, ſi vero nō āminaccerit,& extraxerit ſiue euaginauerit d. arma, vel aliquod ipſorū cōtra aliquē in C. ſolid. den. cōdēnetur pro quolibet, & qualibet vice.

Quod nullus poſſit tormentari. Rub. Cap. X.

VIcecomes,vel alius officialis coīs d. Vallis Topini,& Villæ Balciani non poſſit nec debeat aliquem de dicta Valle, & Villa tormentare, vel ad tormentum ponere ni habuerit legit. inditijs ſub pæna L. lib. den. & virtute preſtiti Iuramen.

De pæna exigendi de Palatio, vel rumpentis carcer. Rub. Cap. XI.

PAlatiū ſiue domū Coīs, inqua Curia reſideret carcerē Coīs vel aliā domū ſiue locū, in quib⁹,vel in aliquo ipſorū quis eſſet captus,vel capt. iaceret,vel detētus eſſet per V.C. vel eius officialē coīs d. Vallis, vel eius mandat. frāgēs, vel rūpens, vel de eo vel ea exigens ſine licentia ipſius V.C.vel eius officiali puniatur dupli pæna illius quātitat. pro qua talis captus eſſet, vel detentus, ſeu in qua debēt cōdēnari. Si quis vero tali rūpet. ſeu frangent. ſeu exigent. daret ipſum carcerē,vel aliū locū vbi iaceret choact. frāgēdi,vel rūpend. auxiliū, cōſiliū,vel fauorē eadē pænā incurrat ad quam teneretur præd. choactus vt ſuperius eſt dictū. Si vero quis exiuerit de Palatio, ſeu ſecederet de aliquo loco in quo V.C. pred. vel eius officialis ipſum cogiſſet, vel mandaſſet, quod ſine eius licentia ſecedere non deberet puniatur . . facto auferend. & Curia poſſit in pred.& quolibet pred. procedere per omnē modum, & viā ordinariam, & extraordinariam.

De pæna facientis, vel fieri facientis falſum Inſtrument, facientis, vel producentis falſum Inſtrumen. vel Teſtem. Rub. Cap. XII.

FAlſum Inſtr. faciens, vel fieri faciens ita quod euidenter cōſtet ſoluat pænā C.C.C. cētū lib.den. quā pænā ſi nō ſoluerit in quinque dies à die lat. ſentētiæ numerādos manus dextera eidē amputetur. Ita quod à bracchio ſeparetur. Si quis vero ſalsū Teſtimoniū faciens, vel malitioſe, introducens falſum Teſtē, vel Teſtimoniū. Ita quod euidenter appareat in XX. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice puniatur,& V.C. poſſit cōtra delinquētes in pred. vel aliquod predictorum procedere per accuſam, denutiat. & inquiſitionem, & omni modo, & iure quibus melius poteſt.

Quod V.C. poſſit imponere certam pænam riſſantibus. Rub. Cap. XIII.

RIſſa, rumor, vel diſcordia, ſi qua oriretur inter aliquos de d. Valle,& Villa,& eius diſtript. vbi eſſent V. homines cōgregati, vel ab inde ſupra quod V.C. coīs poſſit imponere,& auferre pænā inter riſſantes,& abſtantes ipſi riſſæ XX. ſolid.den. pro quolibet, & qualibet vice de facto auferend.

De pæna Teſtium non comparentium occaſione teſtimonij ferendi. Rub. Cap. XIV.

SI quis de d. Valle Tupini,& Ville Balciani vel eorum diſtript. āt citat. fuerit ex parte Curiæ ad teſtimoniū perhibendū occaſione alicuius maleficij, & nō venerit in terminū per Curiā aſſignādū corā ipſa curia iter. citetur pro prima citatione, & ſi in

ipsa secūda citat. nō cōparuerit corā ipsa Curia soluat de fact. XX. sol.den. pro quolibet & qualibet vice,& si citat. fuerit occasione alicuius causæ ciuilis,& nō venerit modo quo supra in secunda citat. in terminū per ipsam Curiā assignand. simili pæna de facto puniatur,& nihils. cogatur ad ipsum testimoniū faciendū nisi absens fuerit a gt, vel iusto impedimento impedit. apparēt citat. & contumacijs. Additā est huic cap. quod testes nō possint examinari sine pntia duorū bonorū virorum in aliqua causa ciuili, vel criminali vel vnius ad minus.

De pæna rumpentis Pacem. Rub. Cap. XV.

RVmpens aliquā pacē, si pax facta fuerit de homicidio puniatur pæna C. lib. den. Rūpens pacē si facta fuerit de cicatrice atroci vel mēbri amputatione debilitat vel fracta sunt mēbral. ossis in L. lib.den. puniatur de alijs autē iniurijs puniatur per XXV. lib. den. si pax facta fuerit, & hoc intelligatur infra terminum XV. annorum dummodo de dicta pece appareat per pub. Instrum. aut testes.

Quod insultat. possit se tueri, & offendere insultat.. Rub. Cap. XVI.

QVicunq. insultat. seu cñ quē insultū fieret ab aliquo, seu ab aliquib⁹ ad domū propriā, vel conductā, vel ad eius possess. laboritiū, vel coptimū possit, & ei licet se defendere etiā tueri sīn pēn, & banno, & si contigerit quod talis insultatus tēpore facti insulti aliqd malef. faceret, vel cōmuteret cñ talē insultātē, seu insultantes volumus qd ad pænā aliquā minime teneatur, sed presumatur ad sui defensionē fecisse dum modo pred. faciet cū modoramine, & tēpore,& loco d. insultus. Si vero insultat. cñ ipsū insultantē, seu insultātes homicidiū comiserit modo quo infra in cap. de homicidio cōtinetur, puniatur, & condēnetur in lib. ducentis den. in hoc casu tantum.

De homicidio. Rub. Cap. XVII.

HOmicidiū si quis dolose, vel studiose fecerit, vel fieri fecerit,& in fortiā curiæ peruenerit legali pæna puniatur ita quod inde penitus moriatur, si autē in fortiā curiæ nō peruenerit citetur, & exbādiatur, & cōdēnetur perpetuo in d. pæna, oīa eius bona Cameræ Coīs d. Vallis Topini,& Villæ Balciani cōfiscentur, & deuastentur, & deuastata per Cam. d. Vallis conseruentur, vel vendantur prout Curiæ dictarum Vallis,& Villæ videtur expedire.

De Furibus, & Latronibus Rub. Cap. XVIII.

SI aliquis maior XIIII.annis comiserit furtū in d.Valle,& Villa Balciani,vel eorū defectu, seu derobauerit, si res furata, vel derobata fuerit valoris à XX.solid. infra ma faciēs in X.lib.den. cōdēnetur. Si vero fuerit maior uidel.valoris à L.solid.infra m lefactor in lib. XX.cōdēnetur. Si uero fuerit ualoris à L.solid. supra usq. in C.solid.in li XXX. den. condēnetur. Si uero fuerit ualoris à C. solid supra usq. in X.lib. malefactor lib. C. den. condēnetur, & puniri debeat. Si uero fuerit ualoris X.lib. & ab inde sup quātacūq. fuerit quantitas soluat,& soluere teneatur, & debeat noīe bapne C.C lib. de & semper in oīb⁹ suprad. casib⁹,& quolibet eorū malefactor dānū emendet patienti,& malefactor in fortiā Coīs deuenerit, & nō soluerit cōdēnat. fiend. de pred. oīb⁹ delict uel aliquo ipsorū infra X. dies à die latæ sentiæ eius auricula sibi de capite amputetur. uero malefactor humdi fuerit fur, rubator,uel latro publicus,& famosus per gulā suspēd tur in furcis. Ita quod moriatur. Itē dicimus qd si quis maior decē annis, minor tame quatuordecim annis comiserit aliqd de pred. malef. sibi bannum pro medietate debe moderari, & si d. cōdēnationē nō soluerit frustigetur cū virgis per totā Vallē Topini. I dicimus qd. si aliquis inuēct. fuerit ad faciend. furtū liceat inuētori,& vnicuiq. succurē

& suc-

& succurrentib⁹ eũ perl. capere, captũ ducere ãd Curiã Coĩs d. Vallis, & Villæ corã V.C. vel alio officiale d. Coĩs sine pæna, & bãno, & posquã fuerit captus si talis, vel tales capiens, vel capientes nõ duxerint, seu duxerit ipsũ ad Curiã, & nõ assignauerit, seu assignauerint eũ d. Curiæ, vt dictũ est puniatur, vel puniãtur pæna X. lib. den. Et si fur tũc cũ armis posse defenderet, ne caperetur, & tunc aliquis percuteret ipsũ cũ effusione sanguinis, vel sine ipsa de causa quod ad pænã siue ad dãnũ nõ teneatur. Addimus huic cap. quod si aliquis fur, vel latro repertus fuerit cũ re furtiua in d. Valle Topini, & Villæ Balciani, vel eorũ distript. simili pæna prout. supra dictũ est puniatur nõ obstante quod d. rẽ furatã fuerit extra dictã Vallẽ, & Villã, & eorũ districtu. Et in oĩb⁹ suprad. casib⁹ d. delinquẽtes ad restituẽdũ rẽ furatã, seu ear æstimat. patiẽti dãnũ restituere teneãtur nec de carcerib⁹ relaxẽtur donec Dñus ipsarũ rerũ fuerit integre satisf. & hoc nõ vẽdicet sibi locũ in quãtũ hũmdi delinquẽtes deberẽt suspẽdi, & V. C. vel eius officiali, vel lñts possit in pred. & quolibet ipsorũ procedere per Inquisit. & per oẽm modũ quo melius possunt, & si d. officiales negligẽtes fuerint in pred. in XXV. lib. den. cõdẽnẽtur tẽpore sui Sindicat.

Quod non possit proced. in minores XII. annis. Rub. Cap. XIX.

COntra minores xii. annis, si aliquod melef. tales comiserint in aliquẽ, seu aliquas Curia coĩs pred. nõ possit, vel debeat procedere, vel processare aliquod facere, & si cñ ipsos minores procederetur id processus non valeat vllo modo, & hoc nõ vẽdicet sibi locũ, nec intelligatur in furtis, & robarijs, sed vt in d. cap. de furtis cõtinetur volumus teneri, in alijs vero malef cñ. ipsos minores procedi nõ possit, vt dictum est.

De pæna verborum Iniurioſorum. Rub. Cap. XX.

VErbũ iniuriosũ dicẽs, vel proferẽs alicui, seu cñ aliquẽ videlicet homicida, falzarius, riuaglios. traditore, forone, latro, cornuto, & similia pro qualibet vice, & verbo in C. sol. den. cõdem puniantur; & ead. pæna puniatur reproperãs alicui mortẽ alicuius sui cõsanguinei, vel percuss. fact. ei, vel suo cõsanguineo, vsq. in quartum gradũ ctinen. videlicet cum sanguinis effusione. Si autem quis alicui dixerit aliqd aliud verbũ niuriosum puniatur pæna XX. sol. den. pro quolibet, & qualibet vice de facto.

De pæna Inuadentis, vel occupantis tenut. & poss. alterius. Rub. Cap. XXI.

TEnutã, vel poss. alicuius, si quis intrauerit, vel occupauerit, vel aliquẽ in sua poss. vel tenuta turbauerit, vel molestauerit puniatur per XXV. lib. den. si talis tenuta, vel poss. esset valoris C.C. lib. vel vltra, si vero ipsa tenuta, vel poss. esset, valoris à C.C. lib. infra puniatur in C. sol. den. pro quolibet, & vice qualibet. Occupare, inuadere, turbare, seu molestare intelligatur intrãdo tenutã, seu poss. seu laborando in ea, vel arbores incidendo, vel plantando, vel bladũ metendo, vel aliud impediẽdo quominus suã possess. seu tenutã pacificè possit possidere, se vt cñ voluntatẽ ipsius eius d. tenuta, vel possess. &c. fuerit, & nihils. dimictat, & restituat ipsam poss. cũ effectu, & ipsam vlterius nõ molestet, inquib⁹ oĩb⁹ debeat per sẽtiã cõdẽnari; & si quis intrauerit possiderit, vel laborauerit tenut. vel poss. alicuius sibi datã per Curiã post tamẽ dat ad ipsam tenutã, & poss. recolligendi puniatur pæna C. sol. den. pro qualibet vice, & persona, & nihils. debeat ipsã tenutã dimictere, & relaps. creditori cui d. tenuta data fuerit etiã si fuerit Dñus possess, vel quicũq, alius.

Quod non possit procedere per Inquisit. cñ certos consanguin. Rub. Cap. XXII.

ORdinamus, & etiã pñti lege firmamus, qd. si rissa aliqua oriretur, seu fieret inter aliquos de d. Valle, & Villa, & eorũ distriptu inter cõiunctos videl. inter patrẽ, & filiũ vel filiã, fratres carnales, fratres cõsobrinos suos carnal., vel cõsobrinos cũ nepotib⁹

& inter

& inter alios consanguineos actinētes vsq. in tertiū gradū tātū,& nō vltra,& oēs, & singulos in vna domo habitantes simul ex aliqua affinitate, vel cōsanguinitat. actinētes V.C. Curia coīs d. Vallis,& Villæ nō possit de iniurijs inter personas pred. cōmissis, seu cōmictend. per inquisit. proced. nisi per accusā talis iniuriati, & talis iniuriatus nō possit coā per Curiā ad accusand. saluo quod si inter partes prefatas accidēt homicidiū tunc possit per Curiā proced. per inquisitionē, & si secus fieret cōtra pred. formā nō valeat vllo modo. Additū est huic capitulo quod pro malef. occurrētib⁹ cōtra pred. personas in d. capitulo nominat. ipsa malef. vel aliquod ipsorū cū armis, & sanguinis effusione fieret puniatur in medietat. pænæ quā soluere teneretur si ipsum malef. cōmissum, seu cōmictend. aliū sibi nō actinentē. Additur huic cap. quod possit procedi per inquisit. cñ d. personas in d. cap. nominatas interuenientib⁹ percussionib⁹ cum armis, & sine armis, & cum, sine sanguinis effusione admisso benef. soluendi medietatem pænæ.

De pæna incipientis rissam, vel rumorem. Rub. Cap. XXIII.

RIssam,seu rumorē incipiens in Valle Topini, & Villa Balciani, & eorū distriptu qua rissa, plium sine rumor, siue tumult. oriretur, ad quod, seu quē gētes trasirint cū armis à X. personis supra, & propt. aliqua percussio cū armis cū sanguinis effusione puniatur, & cōdēnetur dict. tal. rissam incipiens in lib. XXV. den. vltra pnā cōtentā in d. pñti statuto; & sine sanguine si aliqua percussio fieret in X. lib. den. condēnetur. Et si propt. aliqua percussio nō fieret soluat per C. sol. den. dictus talis talē rissam, seu rumorem incipiens vltra pænā in pñti statuto cōtentā, vt dictū est, alijs vero pnis cōtentis in cap. statuti semper saluis, in quib⁹ pænis delinquētes debeāt cōdēnari non obstantib⁹ pred. & super pred. oīb⁹ V.C. seu Iudex possit procedere, & sententiare.

Quod omnes processus maleficiorū vbicunq. fact. valeant. Rub. Cap. XXIV.

PRocessus maleficiorū oēs, & singuli qui fierent per V.C. vel eius Intem̄ seu officii ipsius Coīs dictarū Vallis, & Ville, & in d. Valle, & Villa,& eorū distriptu, seu Palatio Coīs, vijs, seu stradis, domib⁹ priuatarū personarū vel alibi vbicūq. in ip Valle, & Villa Balciani,& eorū destript. pro malef. puniendis, inquirend. & inuestigand & etiā iuramēta; & d. testiū recipiend. per curiā ipsam semper valeāt, & teneant, & plen obtineant roboris firmitatē, & quilibet locus vbi ipse processus fieret in d. Valle Topini & Villa Balciani,& eorū distript. sit Iuridic. & Tribunal. Et ipse V.C. sit,& esse intelligatur Iudex ord. in quibuscuq; processib⁹ & in quibuscūq; causis tā criminalib⁹, quā ciuilib causis in pñti statuto cōtēpt. obseruatis tamē ordinib⁹ & iurib⁹ supra, & infrascriptis.

De Quarta parte detrahenda confitenti maleficium. Rub. Cap. XXV.

COnfessans malef. de quo cñ eum proceder etur corā Curia tēpore suæ excusatio puniatur in quartā pænā miñ illius quantitatis in qua puniri deberet per forma Cap. pñtis statuti loquētiū de malef. de quo procederetur cōtra eū, & eid. ipsū malef. de quo cōtra eū procederetur cōfessio,& sentētia cōtra eū ferenda quarta pars detrahatur, except. in quātitat. xl. sol. & de hijs de quibus creditur per formam statuti de except. homicidijs, furtis,& robbarijs.

De Quarta parte minuenda per solut. in X. dies. Rub. Cap. XXVI.

QVicunq. soluerit Cam. coīs cōdēnationē de eo factā in X. dies à die latæ sentē numerād. quarta pars suæ cōdēnationis detrahatur, & eidē diminuatur propter beneficiū solutionis in d. terminum X. dierum si soluerit, vt dictum est. Et

conuerso

conuerso quicūq. non soluerit in d. X. dies condemnat. de eo fact. a die latæ sentiæ numerand. quartā partē plus condēnat. de eo fact. soluere teneatur, & debeat.

De Tertia parte detrahenda propter pacem. Rub. Cap. XXVII.

SI de aliquo malef. seu iniuria de quo, seu qua procederetur per Curiā cñ aliquē, seu aliquos facta fuerit pax ab iniuriato, uel eius heredibus iniuriant. seu eius procur. & de ipsa pace appareret pub. Instr. & fuerit introduct. corā Curia Coīs pred. Vallis per ipsū iniurian. uel eius Procur. qñtuñq. añ sñia. super tali malef. seu iniuria proferēda, tale melef. cōmictēs, seu iniuria, & instr. pacis quosup. producēs puniatur, & cōdēnetur in tertia parte minus banni, seu pænæ, quo, seu qua deberet cōdēnari secūdū formam cap. seu capitulor. statuti de hac iniuria, seu maleficio loquēt. dequo banno, seu pæna tēpore ferendæ senñtiæ in ipsa señtia data tertia pars detrhai debeat propter pacem predictam, & si aliter fieret non ualeat ipsa sententia.

De pænis duplicandis. Rub. Cap. XXVIII.

OMnes pænæ, & oīa bāna delinquētib⁹ nocte tēpore duplicētur, & duplicari debeāt & in duplū tales delinquētes, seu malef. furta, & robarias cōmictentes illius quantitatis quā deberēt per formā statuti puniri debeant, & cōdēnari delinquentes in aliquo pred. Dicimus etiā quod pro quibuscūq. excessib⁹ si cōtingat ipsos excessus cōmicti corā V.C. vel eius officiale dū iura reddit, aut in palatio, seu loco vbi Curia resideret videl. habitat. V.C. pred. vel in adunātia general. vel in adunātia Sindici, & Massariorū d. Vallis, vel ad funus alicui mortui, vel si cōmicteretur vbi essent adunat. à XX. hominib⁹ supra, vel si cōmicteretur in aliqua Ecclesia, vel si cōmicteretur in platea in oīb⁹ suprad. casib⁹, & quolibet eorū delinquentes debeāt in duplū cōdēnari illius quantitatis ꝙ deberet condēnari per formā cap. pñtis statuti delinquentes in aliquo predictorum.

De pæna corrumpentis aliquem official. Rub. Cap. XXIX.

COrrumpens, seu corrūpere volens V. C. vel aliū officialē Coīs d. Vallis occasione alicuius causæ ciuilis, vel crimin. vel quacūq. alia occas. ꝙ dannū resultaret d. Coñi d. Vallis, & Villæ puniatur, & cōdēnetur in X. lib. den. pro quolib. & vice qualib.

Quod omnes pænæ, & omnia banna intelligantur ad cortones. Rub. Cap. XXX.

OMnes pænæ, & oīa bāna, & oēs pecuniarū quātitates de quib⁹ in pñti statuto, seu volumine statuti fit mētio, & etiā salariū official. & īposit. collect. pñtātiarū, & oēs solutiones fiend. cam. seu per ipsū cam. coīs sint, & esse debeāt, & intelligan. ad corton.

Quod testes cogi non possint nisi certis de causis. Rub. Cap. XXXI.

VIcecomes, vel eius officialis Coīs Vallis Top. & Villæ Bal. nō possint cogi, vel detinere aliquē testē pro aliquo testim. phibēdo ī Palatio coīs pred. vel alibi nisi ipsū testem tērafiñæe ñ. p vnū diē tantū, & n. modo infr. quod testes īducti pro malef. seu malef. de quib⁹ resultaret pen XXV. lib. vel a XXV. lib. sup. vsq. in quinquaginta lib. per tres dies tātū detineri possint, si resultaret pen. L. lib. vel a L. lib. sup. per V. dies retineri si vero resultaret pen. à XXV. lib. īnfrà testes per duos dies retineri possint exceptis mulierib⁹ q̄ de nocte nullo modo retineri possint, & nisi pro furto, robaria, arsura, malef. atrocibus, & homicidio de quib⁹ casib⁹, & quolibet ipsorum possit ipsum testem, vel testes detineri per X. dies tantum.

Quod possit appellare in X. dies, vel petere cons. sapientis. Rub. Cap. XXXII.

SEentiens se grauatū ab aliqua señtia ciuili, vel crimin. lata per V. C. vel aliū officialē ipsius Coīs possit appellare infra X. dies à die latæ señtiæ ad Curiā magnifici, & potē-

tis D. Dñi Gubernatoris, vel Rectoris d. Vallis Dñi & in alios X. dies proxim. subsequētes debeat, & teneatur ipsam appellationē prosequi, alias d. appellatio sit deserta, & cōtra talē possit fieri exequtio, & cū eius fideiubsores, & etiā in bonis eorū. Volumus etiā qd. quicūq. senserit, seu differit se grauatū ab aliquo processo ciuili, vel crimin. vel etiam cōdēnat. seu sēntia possit, & liceat petere sapiētē suis expensis, & eid. petenti sapiens detur per Curiā exceptis suspectis dūmodo petatur infra X. dies à die latæ sēntiæ, & non post, in pred. seruetur ordo, & modus tradit. in cap. de petit. sapientis.

De pæna ludendum ad ludum Taxillorum. Rub. Cap. XXXIII.

LVdere in Valle Topina, & Villa Balc. vel in eorū distriptu, vel prope ipsam Vallem perduo miliaria nullus audeat, vel presumat ad aliquē ludū taxillorū pen. C. sol. den. pro quolibet, & qualibet vice, & nullus audeat, vel presumat ad aliquē ludū taxillorū mutuare alicui aliquā pecuniar. quantitatē, nec etiā aliquis receptare debeat aliquē seu aliquos ludētes in domo sua propr. vel cōducta, nec taxillos cōprestare, nec lumen facere, vel dare ipsis ludentib⁹, & qui cōtra fecerint in aliquo pred. eād. pen. C. sol. vice qualibet puniatur, & cōdēnet. & curia possit procere in pred. & quolibet pred. per oēm modū, & cuilibet liceat denūptiare, & accusare delinquētes, & ipsi accusatores, vel denuptiatores, cū Iur. de nouo prestādo, & cū vno testim. de visu, & cū fama publica triū testiū credatur sine aliqua alia probatione, & etiā credatur relation. V.C. vel eius official. coīs Vallis. Volum. insuper qd. ad probat. oīum pred. sufficiat probatio triū testiū de fama absq. alia probat. Adit. est huic cap. qd. de reb⁹ comestiuis, & de vino nō soluatur pena

De pæna non probantis accusam. Rub. Cap. XXXIIII.

NOn probās accusā corā curia Institutā de aliquo malef. seu malef. cōtra aliquē, ex tali accusat. seu delicto in ea cōtēta per formā cap. statuti imponeretur, seu resultaretur peñ sanguinis principal. seu cōditional. puniatur pen. C. sol. pro quolibet, & qualibet vice, & quolibet accusato, si autē ex delicto in accusa deducto resultaret pen. C. lib. vel ab inde supra puniatur talis nō probās ipsā accusā in trib⁹ lib. den. si autē ex delicto in accus. deducto resultaret pen. L. lib. vsq. in C. lib. puniat. ipse talis ipsā accusā nō probās XL. sol. den. pro quolibet accusato; si autē ex tali delicto resultaret pen. XXV lib. vsq. in L. puniatur pen. XX. sold. den. si vero à XXV. lib. infra puniatur pen. X. sol. den. pro qualibet vice, quolibet accusato exceptis in damnis datis in quib⁹ seruetur ordo qui continetur in cap. qd. quilibet possit accusare in ipsis damnis datis.

De pæna impedientis V. C. in exercendo officium. Rub. Cap. XXXV.

SI quis offenderit, seu modo aliquo tētauerit, vel fuerit tātæ audaciæ offenden. in psonā V. C. vel eius Lntem̄ vel ad id auxiliator fuerit ipsis sedētib⁹ in loco tribunali pro Iuri de reddēdo, vel alibi in opportuno exercitio sui officij, vel dū aliquē actū iurisditionalē pro offic. exercēdo in quadruplū puniatur, & cōdēnetur delinquētes eius qd. si aliquis priuatā psonā offendet. & si talis delinquēs offenderit d. V.C. cū armis in exercēdo d. sui offic. vt dictū est tunc d. V.C. possit se tueri, & ei liceat se defendere, & tueri sine pæna & bāno, & si cōtigerit ipse V.C. tunc tēpor. offension. sibi fact. vel fiend. aliqd. malef. committeret, vel cōmicteret cōtra talē cū armis, bastone, vel lapide, vel simil. volētē offendere ipsū V.C. vel eius Lntem̄ volumus qd. d. V.C. vel eius Lñs ad pænā aliquā minime teneatur, sed presumatur ad sui defensionē fecisse dūmodo faciāt honestitate, & mederātia, & tempore, & loco d. offensionis, nō obstante alio cap. cōtēto in pāti statuto, & hoc locū non habeat in percussionib⁹ atrocib. si comiserit videl. vbi cicatrix perpetuo ramaneret, vel ossa fracta, vel membri debilitat.

De pæna

De pæna impediendis Bayul. Coïs vel Numpt. in eorum officijs exercend. Rub. Cap. XXXVI

BAyulis,seu Nũptijs coïs d.Vallis Topini,& Villæ Balc. in exercentib⁹ vel exequẽtib⁹ officiũ eis cõmiſsũ tã in eis, quæ ad eorũ ſpectat officiũ, quã in alijs,quæ de mand. curiæ coïs d. Vallis, & Villæ duxerint faciend. quiſquam audear,ſeu preſumat nullũ impedimẽtũ inferre . Si vero quis parauerit , ſeu appoſuerit ſe alicui bayulo , ſeu nũptio d. coïs, & nõ permiſerit ſe grauari , vel pignorari puniatur de facto in XX. ſol. den. ſine aliqua diminutione pro quolibet,& qualibet vice,& ſimili pen. puniatur quicũq.d.delinquẽ tib⁹preſtauerit auxiliũ,vel fauorẽ de facto pro quolibet,& vice qualib.Dicimus etiam qd. ſi per Curiam preceptũ fuerit alicui bayulo , ſeu nũptio , qd. tenutam , ſeu pignus de bonis alicuius det alicui pro debito, vel ex quacũq. cauſa, & ipſa res ablat. fuerit d. bayulo , ſeu nũpt. vel alicui, cui dat. eſſet ipſum pignus , ſeu tenuta per ipſos bayolũ , & nũpt. Au ferentes, ſiue auxiliũ preſtantes quoquo modo pen.L.ſol.den. puniatur de facto pro quolibet,& qualibet vice, & iñt. ẽc. p̃ti. effectualiter reſercend. & de pred. & quolibet pred. tetur,& credatur relationi dictorũ bayul. ſeu nũpt. vel alicui ipſorũ cũ Iur. de nouo prestan. Et ſi in d. relatione dictorũ bay. uel nũpt. uel alicuius ipſorũ fraudẽ cõmiſerint conẽnetur, ſeu cõdẽnẽtur in duplũ, & reſtitution. integrã in duplũ damni patien. Addimus huic cap. qd. ſi quis graue impedimẽtũ, delictũ, vel offenſionẽ fecerit , vel aliter ipſi bay. vel nũpt. vel alicui ipſor. iniuriã intulerit, duplicis penis iñ cap. p̃ntis ſtatuti declaratis,deernimus puniendi,& cõdẽnan. De qua offeſione, delictu, ſeu iniuria fact. d. bay. ſtetur, credatur relationi dictorũ bay.ſeu nũpt. vel alicuius ipſorũ cũ vno Idoneo teſt. vel triũ eſtiũ de pub.voce,& fama.Qui bay.teneantur etiã,& debeant facere oẽs exequtiones pro latiua ad petitionẽ cultorũ,& Camerarij,& etiã oẽs alias exequtiones pro fac. coïs d.Vals,& Villæ ſine aliquo ſalario niſi elapſis ſex menſibus qd. poſt elapſ. termino ſolui poſit & debeat de ſuo labore , & viatico .

De Raptu Mulierum , & eas per vim carnaliter cognoſcente Rub. Cap. XXXVII.

MVlierẽ nuptã,vel Virginẽ bonæ cõditionis,& famæ, ſi quis violẽter rapt. & p̃ vim carnal. cognouerit per V. lib.den.puniatur. Si quis vero aliquã mulierẽ viduam, monacatã,ſeu reclusã,vel aliã quãcũq. mulierẽ p̃ vim carnal. cognouerint abſq. pſarũ muler.voluntate,& fuerit bonæ cõdit.& famæ,& vitæ pen.CCL.lib.den.cõdẽnẽtur & puniãtur. Si uero quis aliquã mulier.nupt.uirginẽ,uiduã,& quãcunq.aliã mulier.carnal. cognouerit,& fuerit de uolun. mulieris pen. C.L.lib. den. puniat. Si quis uero uxorẽ alterius retinẽs violẽter abſq. volunt. viri,ſeu mariti eã libidinis in C.C.L.lib.den.cõdẽnet. & ſorã carnal.cognoſcẽs ſi fuerit forẽſis,quia talia cõmict.in quolibet ſuprad.caſuũ duplicẽtur Iuri pena,& bãna. & ad proban.violẽtiã ſuprad.eis forte factar.volumus qd.admictan.teſtes litio domeſtici, & actinẽtes vſq.in tertiũ grad. & ad probationẽ volũt. mulieris, & cõfeſſ.ipſius ali ipsã cõfeſſ.fateri debeat ipſa mulier corã V.C.Sindico,& duob⁹,vel trib⁹maſſ. & illa intelli ſugimus ſpõte comiſiſſe pred. quæ nõ ſe gridaſſe probauerit,vel violẽtiã fore ſibi fact.Mulier æn vero quæ tale malef.ſpõte comiſerit pdat dotes ſuas vigore p̃ntis cap.ſint,& eſſe intelligan. f. ſui viri pro medietat. & pro alia medietate.ſit coïs Vallis Top. pred.& Villæ Balc. Si vero d. der mulier nõ habuerit dotẽ p̃ totã cõtratã ſuã,& incipiatur vbi curia reſidet fruſtiget. cũ virnea gis,& ſi fuerit forẽſis fruſtigetur p̃ tot. Vallẽ Top. videl. p̃ loca pub. & expellatur ppetuo & ita dicta Valle. Dicimus etiam ſi ille qui predicta comiſerit eam ceperit in quinq. dies poſt non delict.commiſſ. computan. in uxorem , & fuerint in concordia de matrimonio contra, vehendo ad dictam pacem minime teneantur . Item dicimus quod nullus poſſit denuntiare , & accuſare aliquem commictent. predicta , ſeu contrafacient. in predictis,

nisi ipsa mulier, pater, mater, auus, vel auia, maritus, frater, soror, vel alius propinqus vsq in quartũ gradũ, qui tales possint denũptiare, & accusare in vnũ annũ à die scientiæ d. cõmissi malef. seu adulterij, vel violentiæ, & si post d. tẽpus accusauerint, nõ valeat eorum accusat. vel denũptiatio, nec curia procedere possit elapso d. tẽpore, vt dictum est. Dicimus etiã quod. Curia in pred. vel aliquod pred. nõ possit procedere per Inquisit. ex officio, nisi per accusam suprad. consanguineorum supra nominatorum, vt dictũ est supr & si procederetur non valeat vllo modo.

De Abolitione Concedenda. Rub. Cap. XXXVIII.

QVia multi qñq. & sepe per iracundiã, & qñq. per erroré ad accusand. prosiliu Statuimus, & pñti lege firmamus, qd accusanti, & abolitionẽ petẽti, & licen desistẽdi ab accus. per eũ facta in terminũ decẽ dier. à die factæ d. accus. abo tio ipsa per curiã, & V.C. cõcedatur, & ipsa abolitione petita super ipsa accus. vlterius p cedi nõ possit, & quicquid super ipsa accus. fieret nõ valeat vllo modo, & si post d. ter nũ d. abolitionẽ petierit nõ audiatur in curia, nec V.C. abolitio ipsa admicti debeat, sup ipsa proced. debeat ad vlteriora prout Iur. suadebũt dũmodo soluat pro abolit. s. X

Qd. Pater teneatur dare legitimam suo filio cõdem. Rub. Cap. XXXIX

SI quis comiserit aliqd. malef. qui esset in patria potãte cõstitutus cñ aliquẽ de d. V le Topini, & Villa Balciani, & eorũ destriptu, & aliunde; & nõ cõstrinserit se c curia d. coĩs occasione alicuius malef. curia d. coĩs cogere possit, & debeat patr d. malefactoris ad faciend. dari ptẽ legitimã de bonis suis cõtingentibus d. suo filio ma factori saluo excepto si ipse filius fuerit emanecaptus.

Qd. in maleficijs possit proced. de similibus ad simil. Rub. Cap. XXXX.

SVper oĩb⁹ malef. excessib⁹, & delictis nõ distintis, & declaratis in volumine pñtis S tuti volumus, & declaramus, qd curia d. coĩs Vallis Topini, & Villæ Balciani pr dere possit per oẽm modũ in inueniendo, inquirendo, procedendo, cõdẽnando absoluendo ad modũ, & instar aliorũ malef. de similib⁹ ad similia in pñti volumine cificatorũ si simile inueniri poterit. Si autẽ simile inueniri nõ posset in pñti statuto p cedatur per Curiã secundũ ius cõe, declarantes qd. de malef. nõ destintis in pñti stat de quib⁹ procederetur de simillib⁹ ad similia cõmictens, seu cõmictẽtes ipsa malef. nõ stinta puniatur, & codẽnetur secundũ formã Iuris coĩs vbi simile non inueniretur.

Qd nullus possit riceptare aliquod exbandit. Rub. Cap. XXXXI.

STatuimus, & ordinamus quod nulla persona cuiuscũq. condit. sit de d. district Vallis, vel habitans audeat, vel presumat receptare aliquẽ exbanditũ de distripti Vallis, & qui cõtra fecerit incurrat eãd. pœnã in qua talis exbanditus quẽ recepta rit fuerit condẽnatus, & eamd. pœnã incurrat, qui dederit aliquod auxilium, consiliu vel fauorẽ alicui exbandito, vel exbanditis.

TABVLA SECVNDI LIBRI.

	Rub.	Cap.
DE modo procedendi in Criminalibus causis.		
De pœna maledicentis Deum, Virginem Mariam, & Sanctos eius.	Rub.	Cap.
De pœna offendentis V.C. vel suum officialem.	Rub.	Cap.
De pœna offendentis Sindicum, Massarios, & alios officiales cõis.	Rub.	Cap.
De pœna facientis insultum.	Rub.	Cap.
Qd insultus cõfundat. si cũ eo aliquã iniuriã fecerit ex qua maior pena sequatur.	Rub.	Cap.
De pœna percutientis aliquem cum aliquo genere armorum.	Rub.	Cap.
De pœna percutientis aliquem manu vacua.	Rub.	Cap.

De pœna

TERTIVS

De pena euaginantis spadam, seu cultellum. & cum eis adminauerit — Rub. Cap. 9.
Qd. nullus possit tormentari nisi modo Infrascripto. — Rub. Cap. 10.
De pena exientis de Palatio, vel rumpentis carcerem. — Rub. Cap. 11.
De pena facientis, vel fieri facientis falsum Instrumentum, vel testem produsent. — Rub. Cap. 12.
Qd. V.C. possit imponere certam penam rixantibus. — Rub. Cap. 13.
De pena Testium non comparentium occasione testimonij ferendi. — Rub. Cap. 14.
De pena rumpentis, vel frangentis pacem. — Rub. Cap. 15.
Qd. insultatus possit se tueri, & offendere insultantem. — Rub. Cap. 16.
De Homicidio. — Rub. Cap. 17.
De Furibus, & latronibus. — Rub. Cap. 18.
Quod non possit procedere contra minores duodecim annis. — Rub. Cap. 19.
De pena verborum iniuriosorum. — Rub. Cap. 20.
De inuadentis, vel occupantis tenutam, & possessionem. — Rub. Cap. 21.
Quod non possit procedere per Inquisitionem contra consanguineos. — Rub. Cap. 22.
De pena incipientis rixam, vel rumorem. — Rub. Cap. 23.
Quod omnes process. maleficiorum vbicunq. fact. valeant. — Rub. Cap. 24.
De quarta parte detrahenda confitenti maleficium. — Rub. Cap. 25.
De quarta parte minuendi propter solut. in decem dies. — Rub. Cap. 26.
De tertia parte detrahenda propter pacem. — Rub. Cap. 27.
De penis duplicandis. — Rub. Cap. 28.
De pena corrumpentis aliquem officialem. — Rub. Cap. 29.
Quod omnes penæ, & omnia banna intelligantur ad certonens. — Rub. Cap. 30.
Quod Testes cogi non possint nisi certis de causis. — Rub. Cap. 31.
Qd. quilibet possit appellare in decem dies, vel petere consilium sapientis. — Rub. Cap. 32.
De pena ludentium ad ludum Taxillorum — Rub. Cap. 33.
De pena non probantis accusam. — Rub. Cap. 34.
De pena impedientis V.C. in exercendo officium. — Rub. Cap. 35.
De pena impedientis bayulos Communis in eorum officio exercen. — Rub. Cap. 36
De raptu mulierum, & eas per vim carnaliter cognoscen. — Rub. Cap. 37.
De Abolitione concedenda. — Rub. Cap. 38.
Qd. Pater teneatur dare legitimam filio condemnato. — Rub. Cap. 39.
Quod Maleficijs possit procedere de similibus ad similia. — Rub. Cap. 40.
Qd. nullus possit receptare aliquem exbanditum. — Rub. Cap. 41.

LIBER TERTIVS.

De modo procedendi in Ciuilibus causis. Rub. Cap. I.

PETENTI in Iudicio contra aliquẽ debitũ v. sol. vel ab inde infra cũ Iuram. de nouo prestãdo credatur,& stetur sine aliqua probatione dũmodo vna,& ead.vice nõ possit petere nisi istã quantitatẽ,quæ sibi deberet nisi p vnũ Iuram. petere non possit, & non plus à v. sol. vero supra vsq. in quinquaginta stetur,& credatur sacramento petentis cũ vno teste,qui non sit familiaris d. actoris,& ei non actineat in primo, vel secundo gradu : si vero quantitas fuerit à L. sol. supra, tunc actor possit, & debeat petitionẽ, seu intentionẽ suã producere, & probare sũmariè, & V. C. vel eius Vicarius seu Locumt. ipsius cõis teneatur facere dari rẽ petitã, & probatã sũmarie ad petitionẽ actoris immediate. Vsq. in quantitat. decẽ lib. cũ term. Iud. arbitrio : Et si quantitas petita fuerit à X. lib. supra,tunc detur reo libellus ab actore si petitũ fuerit, & detur p Curiã d. Cõis terminũ ipsi reo ad opponen. & excipiendũ contra ipsum libellũ quinq. dierũ ad responden. ipsi libello in terminũ pred. & actore cõparent. in term. pred. & cõtumacẽ incusant. contra eũ procedi possit tãquã cũ contumacẽ vtsupra in cap. de hijs qui

contumax sunt continetur; & si Iur. fuerit delat. reo ab actore de quacũq. quãtitate, v re petita, vsq. in quantitatẽ viginti lib. nunc suscipiat, vel prestet ipsum iuram. vel refer actori pred. & si reus negauerit rẽ petitã dari non debere ipsi actori cũ Iuram. de nou prestando absoluat à petit. p V.C. d. cõis. Ad hoc vt sit licitũ actori p duos idoneos t stes reprobare per iuram. de nouo prestando vsq. in quantitat. XX. lib. den. iur. & n gat. fact. p d. reũ, quæ reprobatio fieri debeat infra decẽ dies post negationẽ factã sal quod testes pred. essent absentes à contrada, qui testes non actineant actori in primo, v secundo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, qui sũmmarie recipiantur per Curiã ad i ramen. & dicta; Et si negat. vel Iur. rei fuerit reprobat. vel actoris p ipsos testes soluat cõi. ille cui reprobat. fuerit duplũ quantitatis q; negauerit, vel indebite iurauerit, & repr bat. fuerit de facto. Et si reus cõfiteretur, vel actor iurauerit, & iuram. à reo relato qu vera sunt per eum cogatur ipse reus, & contra eum procedatur, vt in cap. de confessis. executionẽ iustorũ cõtinetur saluo qd. sit licitũ reo reprobare actori, vt supra quæ repr batio fieri debẽt infra V. dies, & si reus pred. cõtra quẽ esset libellus productus respõdid rit ipsi libello, vel petitioni, & legitimas exceptiones non opposuerit, tunc sup ipso libel seu petitione p ptes fiat litis cõtestatio, & prestetur iuram. calumn. prout fieri debuerit iuramen. recepto iur. ab actore q; petita aio calũniæ non petit, & iuram. à reo qd. cre se iuste defendere, & q; petita p actorẽ vera non sunt, & assignetur termin. ipsis partib⁹ a probandũ quicquid volunt, & possunt de iurib⁹ ipsorũ XX. dierũ perhẽptorie elapso v ro d. term. V.C. procedat ad sẽntiã secundũ probat. factas p vtrãq. partẽ, vel cõdẽnat riã, vel absolutoriã, & victũ victor condẽnari debeat in expensis, & sntiæ ferend. p V. pred. & quicquid per eum factum fuerit in pred. valeat etiam si obmiss. vel pretermi eẽt solemnitat. vel sustãtialitat. Iur.

Quod contumax non audiatur nisi refectis expensis. Rub. Cap. II.

CItatus corã curia ipsius cõis Vallis, & Villæ pred. ad petitionẽ alicuius ad respõd dũ de iure in aliqua causa Ciuili in term. ipsius citat. si vero cõparuerit actore c paret in term. ipsius citati non audiatur, nisi prius ipsas expensas legitimas rest tuat actori, & si actor non cõparuerit in term. citat. factæ de reo, & ipse reus cõparue in ipso term. soluat idẽ actor d. reo, si cum licentia curiæ fecisset pro suo interesse vnu bol. argent. aliter non audiatur actor; Volumus autẽ qd. in qualibet causa, & questio victus victori expensas restituat recepto Iur. ab actore, & victorũ de ipsis expensis fact & facta primo taxatione per V.C. de ipsis expensis.

Quod Iurans de V. sol. non possit reconueniri. Rub. Cap. III.

REus contra quem petitum fuerit aliquid ad iuram. in Iudicio ab actore de quan tate V. sol. den. vel ab inde infra, nõ possit ipsum actorem reconuenire ex tun ad V. dies per viam, & modum iuramenti.

De Litibus summarie cognoscendis. Rub. Cap. IIII.

DE litib⁹, & questionib⁹, quæ essent à X. lib. & ab inde infra inter quoscũq. de d. Vl le, & Villa, & eius destriptu, & similiter inter quoscũq. forenses, vel inter forens & aliquẽ de d. Valle V.C. ipsius Vallis, vel eius officialis possit, teneatur, & debe facere ius summarium prout ei de iure melius videbitur, & placebit, &c.

Qd. testes in Ciuilibus causis recipiantur infra X. dies ad contestat. litis. Rub. Cap. V.

TEstes in Ciuilib⁹ causis recipiantur p Curiã d. Vallis infra X. dies à die contestat litis, vel iuram. de calũnia prestiti, & si aliter vltra d. terminũ receperentur eorum

recept.

non valeat ipso iure nisi partes vellēt de eor. cōi. concordia tantū prorogare, aut si steterint p̄ abſentiā officialis, siue curiæ, vel propter aliqd. iustū impedimentū steterint, vel propter abſentiā testis. Volumus etiā, quod si testes fuerint abſentes, curia possit ipsum terminū prorogare quousq. testis possit cōmode redire dūmodo allegā primo iuret abſentia testis, & si aliquis testis fuerit citatus duab⁹ vicib⁹, & diuersis dieb⁹ corā curia ad perhibēdū testimoniū puniatur in X. sol. den. pro quolibet, & qualibet vice, & persona de facto, & curia possit procedere ad petionē introducentis p̄ accusā, & oēm modū, & de facto prout ei videbitur, & placebit, & nihils. curia cogat ipsos testes, seu testē ad faciendum ipsum testimonium.

Qd. Mulier Vidua debeat habere alimenta, donec rehābuerit dotem. Rub. Cap. VI.

MVlier aliqua, quæ remāserit Vidua debeat habere alimēta de bonis, & sup bonis illius, qui restituere debet dotē, donec ipsa dos eid. mulieri, vel habenti cam ab ea fuerit restituta; & V.C. seu curia d. cōis teneatur ipsi mulieri, vel habenti cam ab ea dotē pred. elapso term. a iure Cōi prefixo facere in bonis, & super bonis debentis, seu debentium ipsam dotem restituere.

De Festiuitatibus custodiendis. Rub. Cap. VII.

FEstiuitates solēnes cupiētes ab oīb⁹ custodiri p̄nti lege firmamus qd. nulla persona de d. Valle, & Villæ, & eorū distript. debeat laborare, nec facere aliqd. seruile opus dieb⁹, & festiuitatib⁹ iñctis videl. Dieb⁹ Dominicalib⁹, oīb⁹ festiuitatib⁹ B. Mariæ Virg. festiuitat. D.N. Iesu Christi, festiuitat. duodecī Apost. & Euang. B. Io: Baptistę, S. Crucis de Mense Maij, & Septēbr. S. Saluatoris, B. Catherinæ, & oīb⁹ dieb⁹ veneris de mense Martij, & die Veneris Sancti, dieb⁹ Sabbati post vesperas festiuitatib⁹ Resur. & Natiuit. D.N. Iesu Christi, Ascension. Pentec. Corp. Christi, & oīb⁹ festiuitat. Pasqualib⁹ vt dictū est Resur. & Natiuitat. D. N. Iesu Christi, & quilibet debeat custodire festū suæ Parrocchiæ illius Sācti, vel Sāctæ, qui, vel quæ esset in d. sua parrocchia sub pęna, & ad pen. X. sol. den. pro quolibet, & qualibet vice. Saluo qd. vnicuiq. sit licitum trahere lignamē grosū pro edificijs domorū, & deferre, & apportare vuas, & mustū tēpore vindemiarū, & deferre salmas bladi, & farinę ad molēdinū quibuslibet diebus sine pena, except. dieb⁹ Dominical. vel Paschalib⁹. Additū est huic Cap. qd. Sabbato post vesperas quicūq. aliqd. exercitū fecerit puniatur in 20. sol. den. pro quolibet, vice qualib.

De Ferijs imponendis. Rub. Cap. VIII.

FErias in Ciuilib⁹ causis tēpore mesiū sint p̄ totū mēsē Iulij vsq. ad festū S. Mariæ Virg. de mēse Augusti, & tēpore Vēdemiarū, Vicecomes vna cū Sindico, & Massarijs, vel maiori parte ipsorū imponere possint, & quotiescūq. pro ipso, seu pro illo tēpore prout ei, vel eis, vel maiori parte ipsorū videbitur, & placebit, & durantib⁹ ipsis ferijs tempora in ciuilibus causis non currant.

Qd. detur Aduocatus, & Prōr petenti. Rub. Cap. IX.

ADuocatū, seu Prorēm postulāti in aliqua questione ciuili, vel criminal. corā Curia cōis d. Vallis uertent. V.C. uel eius officialis qui sup hoc fuerit requisitus dare debeat, & cogere ipsum Aduocat. & Prōrem, qui petit. & postulat. fuerit si cogere poterit ad sumend. ipsam aduocat. uel procurat. & ad prestādū sibi patrociniū pro cōpetēti pretio, saluo qd. si d. Aduocatus, uel Prōr iurauerit corporaliter tactis scripturis se esse aduocat. & prōrem aduersæ partis qd. ad ipsam aduocationē, & procurat. fiend.

minime

minime teneatur ad pen. C. sol. dummodo ꝙ fiat equatio procur. itaq. utroq. pars habeat prorem.

De Scripturis repertis in Infilzis qd. valeant. Rub. Cap. X.

PEtitio, seu aliqua scriptura reperta in Infilzis, quæ producta apparēt manu V. C uel eius officialis corā quo producta fuisset, ualeat, & teneat nō obstātib⁹ qd. ipa petitio; seu scriptura non esset pōit. in quātno,& non esset publicata manu ipsius V.C. & sui officialis eid. adhibeatur plena fides, & ipsa petitio, seu ipsæ petitiones, & scripturæ pro publicis, & autenticis habeantur, & preterita locum habeant in preteritis presentibus, & futuris temporibus.

De questionibus inter coniunctos compromictēn. Rub. Cap. XI.

SI lix,questio, seu scretiū esset inter cōiunctos usq. in tertiū gradū cōsanguinitatis,u affinitatis inclusiue quacūq. occasione, modo, uel causa V. C. uel eius officialis Cōis possit, & debeat ipsos tales cōiunctos discordes cogere, & cōstringere realit & personal. ad petit. cuiuscunq. ipsor,uel alterius ipsorū petentium infra XX. dies a di porrectæ petitionēs corā offic.&c. fuerit petitū cū penæ appositione, ut ipsam litē, se questionē, seu scretiū cōpromictāt in aliquos eorū cōiunctos cōsanguineos cōes de iur & de facto ita qd. ipso cōpromisso fiat pub. scriptura cū pene appositione, & quicqd. ipsos arbitros,seu arbitratores fuerit laudatū, sentētiatū preceptū,& dictum d.partes de beāt obseruare, & adiplere pen. XXV. lib. den. si questio ascenderet summā XXV. lib uel esset summa XXV. lib. si uero fuerit a XXV.lib.infra pen. X. lib.& si lis, uel questi esset inter aliquos de d. Valle, & sint cōuicini, qd. ipsa causa cōpromictatur modo qu supra in vicinos ipsorū infra d. term. XX.dierū, & si de eorū cōuicinis nō cōcordarēt, d. cōiuncti nō cōcordarēt cōpromict in eorū cōsanguineis,vt dictū est supra;tunc V.C vel eius officialis vna cū Sindico, & Massarijs, vel parte ipsorū prout V.C. videbitur p sint,& debeāt eligere duos bonos homines de d. Valle,vel loco in quo d.liticant. hitān qui ipsā cām diffiniant summarie de iure,& de facto,& qd. p eos sentiat.& diffinitū fu rit valeat,& teneat, pen. C. sol. den. de facto p officialē auferēdorū, qui contrafecer pro quolibet,& qualibet vice,& nihilom. ad penā cōtentā in cōpromissu vna par alte teneatur, & d. tales arbitri,& arbitratores teneātur ipsā litē,& questionē, seu scritium eos cōpromiss. p eorū sentiām diffenire,& terminare in alios XX. dies a die facti cōp missi in eos nisi de voluntate partiū eisd. arbitris,& arbitratorib⁹ term.prorogaretur su pen.& penā C. sol. den.pro quolibet,& qualibet vice,& nihils. d. arbitri, & arbitrator cogātur ad d. laudū,& sentiām ferendā super ipsa lite,& questione in eos cōpromiss.

De fideiubsoribus. vel se pro aliquo principaliter obligat. Indemnē conseruand. Rub. Cap. XII

FIdeiubentibus pro aliquo, vel se pro aliquo principal. obligat. quacūq. occasion modo, iure,vel causa talis pro quo fideiubserit,vel se principal. obligauerit,vel eiu heredes cōseruētur,& cōseruare teneātur indēnū,& sine dāno, & ipsū qui d. fide iubsionem feciſſet,seu pro aliquo se obligasset a d. fideiubsione,& obligatione extraher teneatur Curia d. coīs,& official d. ipsius curiæ, qui fuerit requisitus ad petitionē tali fideiubētes,vel se pro aliquo obligat. d.talē principalē,vel illū pro quo se aliquis obligas set real. & psonal. cogere,& constringere,vt a d. fideiubsione,& obligatione extrahat,& penitus indēnē cōseruet sūmarie,& de plano sine strepitu,& figura Iudicij oīb⁹ solēnita tib⁹ iuris obmissis,& pretermissis, & si ipse fuerit electus fideiub. vel se pro aliquo obli-

gauerit

auerit non cõseruauerit ipsũ indẽnẽ a d. fideiubsione,& obligatione in X. dies postquã uerit sibi mãdatũ p curiã talis principalis teneatur, & debeat ipsi fideiub. vel se pro aliquo principal. obligant. dare,& soluere pro suo dãno,& interesse V. sol. den. pro quolibet die quo fuerit in mora a d. X. dieb⁹ in anctea.

De diuisionibus facien. inter consortes & de bonis indiuisis diuidendis. Rub. Cap. XIII.

VOlumus, dicimus,& pñti lege firmamus qd. si quis habuerit aliquã cõsortiã, seu aliquã poss. domum, vel rẽ aliam cõmunẽ cum aliquo,vel indiuisã official coĩs. ipsius Vallis, qui fuerit requisitus sup hijs teneatur, & debeat ad petitionẽ cuiuscunq. expartib⁹ pred. cuius interest precipere,& mandare ipsis partib⁹ seu consortib⁹ vt ipsã consortiã possessionẽ, domũ, vel rẽ aliã diuidant inter eos infra X. dies a die facti precepti,& quicunq. ex partib⁹ pred. hoc facere recusauerit, seu ille pro quo d. diuisio steterit,soluat bãnum C. sol. den. & si ipse partes non fuerint in concordia de ipsa diuisione, vel se ad inuicẽ non cõcordarẽt, tũc official. d. coĩs statuat partib⁹ term. V. dierũ ad probandũ,& probat. habend. de iurib⁹ ipsorũ,quæ Curia,& officialis ipsius cõcordię videat,& examinet sũmarie sine strepitu,& figura Iudicij, & d. official. visis, & examinatis d. iurib⁹ cogat ipsas partes ad faciendũ ipsã diuisionẽ secundũ actrata, & probata, & cogat eos in Palatio donec ipsa diuisio facta fuerit, saluo qd. partes pred. peterẽt massarios ad faciendũ ipsã diuisionẽ, curia debeat dare, seu concedere d. massarios sine aliquo salario d. partib⁹. Additũ est huic Cap. qd. si partes non fuerint in cõcordia de ipsa diuisione qd. officialis d. coĩs ad petitionẽ alicuius ex partib⁹ teneatur cogere ipsas partes ad ponendũ sup ipsa diuisione fiend. duos eorũ consanguineos propinquiores si fuerint in concordia, siue duos adiacentes scretij.

Qd. tenuta data in bonis alterius non citato possessore debeat reuocari. Rub. Cap. XIIII.

TEnuta aliqua si data fuerit, vel pronuntiata ad petitionẽ alicuius p Curiã coĩs d. Vallis in bonis alterius,& non in bonis rei cõtra quẽ ageretur, vel nõ citato possessore cassetur sine aliqua solutione salarij p curiã ipsius coĩs facta de pred. fide p possessorẽ, vel p illũ cuius esset d. tenuta p Instrumen. vel testes fide dignos, quã fidẽ officialis possit recipere sũmarie,& de plano,& sine strepitu,& figura Iudicij. Et si reus cõtra quẽ ageretur esset accusat. de occupatione, & inuasione ipsius tenutę, & voluerit ipsam tenutã ipsi actori restituere,& relaxare ante suam excusationẽ, & damnũ, & interesse d. actori emẽdare,& saluare qd. ad pœnam aliquam minime teneatur restituendo & relaxando ipsam tenutam eid. actori cum effectu.

De Instrumentis execut. mandand. Rub. Cap. XV.

OMnia,& singula Instrumẽta publica rogationes,& protocolla,testamẽta, codicilla,& lauda de quib⁹ appararẽt publica Instr. debeãt p curiã d. coĩs exequt. mandari contra illũ,seu illos, qui ex ipsis Instr. vel aliquo predictorũ fuerint obligati, & Curia ipsius coĩs ad petitionẽ creditoris, vel eius hered. viso tali Instr. corã curia producto precipiat debitori, qui ex ipso Instr. vel Instr. vel eius heredib⁹ de obseruãdo cõtẽpta in ipso Instr. seu Instr. secundũ formã statuti superius descripti loquentis de preceptis fiend. vigore confessionis, seu Instr. Et ille sit, & intelligatur debitor, qui promisit aliquid dare, vel facere, vel hered. & ille qui ex ipso Instr. seu protocollo, testamẽto,seu codicillo, seu etiã laudo fuerit obligat. Et ille sit,& intelligatur debitor,qui promisit aliquid dare, vel facere eius heredib⁹,& ille qui ex ipso Instr. vel protocollo,testamẽto,seu

IN Nomine Dñi Amen; Anno D. Mccccl vi. inditione quarta, die vero vltima mẽsis Augusti tẽpore Sãctiss. in Christo Prĩs, & Dñi D. Calisti Diuina prouidentia Papæ Tertij, Reuerendiss. in Christo Pater, & Dñus D. Bartholomeus Dei gratia Episcopus Cornetanus, & Montisflasconis pro S. R. Eccl. & pred. Sanctiss. D. N. Calisto Fulginei, Vallis Tupini, & Villæ Balc. Guber. visis, examinatis, discussis, & mature intellectis statutis, & reformationib⁹ in pñti volumine descriptis ipsorũq. tenore cap. & partib⁹ bñ, & singulariter cõsideratis Actẽdens ipsa statuta, & reformationes in oĩb⁹, & per oĩa esse dictis populis saluberrimas, & ipsas aut. ipsarum quacunq. particula in nullo facere cõtra Ecclesiasticã libertatẽ statuta, & reformationes pred. cũ earum singulis partib. & cap. tãquã rationabiles, & Iustissim. auctoritate gubernationis suę approbauit, cõfirmauit, & roborauit, & mand. ipsas in oĩb⁹ suis partib⁹, & cap. ppetuis tẽporib⁹ ab oĩb⁹ inuiolabiliter obseruari Cõstitut. statut. reformat. & cõsuetudinibus cõtrarijs nõ obstãtib. quibuscunq. Acta fuerunt hęc in cõuentu S. Fortunati de obseruãtia B. Francisci extra, & prope mõtẽ Falcon. vbĩ ad pñs pred. D. Gub. morã trahit, & residet Anno, inditione, mense, die, & poñtu quib. supra pñtib⁹ Egregio decretorum doctore D. Baptista castaloñ de Corneto ipsius D. Gub. Auditore, ac ser Bartholomeo de Castello testibus ad premissa, vocat. habitis, & rogatis.

ET ego Antonius de Chrispis de Corneto pub. Apostolica auctoritate Not. & ad pñs pred. Reuerendiss. D. Gub. Cãcellarius de premissis vna cum pronominatis testib⁹ rogatus fui, & ideo scripsi, & me subscripsi, & signum meum apposui cõsuetum in fidem, & testimonium premissorum.

TABVLA REFORMATIONVM.

Si quis produxerit aliqd. Instrum. in Iudicio de aliqua re vẽdita, donata, &c. ex quo acquireretur aliqd. ius, & nõ acceperit possess. corporalẽ in spatiũ duorũ annor. non audiatur. Rub. Cap. 1.

De mentione facta in aliquo contractu, vel pacto de Floreno. Rub. Cap. 2.

Qd. mulier dotata sit cõtẽta suis dotib. & ad successionẽ ab intestato peruenire nõ possit. Rub. Cap. 3.

Quod nulla persona possit petere pro alimentis alicuius Dotis aliquam quantitatem pecuniarum in vnũ annum. Rub. Cap. 4.

Qd. nullus possit aliquem excasare, vel exmasiare. Rub. Cap. 5.

Quando casus euenerit qd. in d. Valle, & Villa remanerent aliqui minores. Rub. Cap. 6.

Qd. vnusquisq. maior xiiii. annis possit denuntiare, & accusare blasfemantes Deũ Rub. Cap. 7.

Qd. quicũq. cõburẽt aliquã domũ cappanã, paleare, metã, vineã, possess. sepẽ, vel arborẽ. Rub. Cap. 8.

Qd. nullus audeat frãgere murũ, vel muros, & de nõ intrã. vel exeũ. aliũde quã per portas. Rub. Cap. 9.

Qd. nullus occupet, vel retineat aliqua bona Cõis. Rub. Cap. 10.

Qd. nullus procuret, aduocet, vel patrocinium prestet alicui in Cõe. Rub. Cap. 11.

q̃d. si quis petijt ab aliquo aliquã rẽ, seu pecuniæ quãtitatem de qua per prius fuit solut. Rub. Cap. 12.
q̃d. nullus possit intus castr. hẽre aliquã domũ copertã nisi copertimine terreo, vel lapideo. Rub. Cap. 13.
q̃d. V.C. possit, & valeat cõstringere proximus bãditi siue cõdẽnati ad æmẽd. bona bãniti. Rub. Cap. 14.
Quicunq. haberet domum, seu partem domus, vel possess. cõem, aut contiguam cum aliquo suo conserte debeat reparare. Rub. Cap. 15.
De Blado non extrahendo de Valle Topina, & eius destrict. Rub. Cap. 16.
q̃d. V.C. non audeat ab aliqua persona recipere aliquam quantitatem pecuniarum, quæ deuenire deberet in Communi. Rub. Cap. 17.
q̃d. quicũq. hãns domũ, vel casalenum in aliquo Castro soluere debeat per ad concimine Rub. Cap. 18
q̃d. oẽs boiẽs maiores 14. annis quãuis non herẽnt domos in Crĩs teneãtur facere Custodias Rub. Cap. 19
q̃d. quicũq. hẽns, vel possidẽs aliquã possess. non sibi, vel alteri allibratã, vel adcatastatã Rub. Cap. 20
q̃d. nullus offic. possit, neq. valeat de administrat. eius officij in tẽpus sex mẽsiũ sindicare. Rub. Cap. 21.
De relaxatione balistræ per V.C. cuiuslibet semestris. Rub. Cap. 22.
q̃d. Cãm. possit relaxũ ãni nullats. petere possit aliquã quãtitat. pecun. à cultorib. datiuarũ Rub. Cap. 23.
q̃d. quãdo casus euenerit qd. aliquis voluerit vẽdere aliquam possessionem teneatur eam vendere adiacentibus. Rub. Cap. 24.
De nouo regimine, seu de nouis bussulis offit. reficiẽd. quãdo opus erit in pub. addunãtia Rub. Cap. 25.
De duplicatione penarum in d. damnidatis. Rub. Cap. 26.
q̃d. nulla persona pasculet cum bestijs Caprinis sepem alicuius Vineæ, seu orti. Rub. Cap. 27.
q̃d. nullus audeat campestr de nocte cum eorum animalibus iacere ad pasculandum. Rub. Cap. 28
q̃d. nullus forensis possit emere domum, seu casalenum in Castris d. Vallis Topinæ. Rub. Cap. 29
De pena capientis columbos. Rub. Cap. 30
q̃d. nullus audeat aliqd. castr. fortillitiã, seu villã alienare, obligare, & cõcedere alicui. Rub. Cap. 31
q̃d. proximiores succedant defunctis. Rub. Cap. 32
q̃d. pedagium soluatur à forensibus modo infrascripto. Rub. Cap. 33
q̃d. debeat solui pedagium de similibus ad similia de rebus quibus non esset facta mentio specialis, & qd. nulla persona audeat, vel presumat defraudare. Rub. Cap. 34
q̃d. quicũq. vẽderit aliqd. alicui forẽsi debeat pedagiũ penes se detinere, & assignare pedagerio Rub. cap. 35
q̃d. pedagerij nullatenus valeãt, vel possint exigere vltra summas in cap. declaratas. Rub. Cap. 36
Additio facta cap. 37. de rapt. mulier. &c. Rub. Ca
Additio rubricæ Statuti in volumine de pena percutientis aliquem manu vacua. Rub. Cap.
Additio statut. de festiuitatibus custodiendis Rub. Cap. 40
q̃d. per suprad. statuta, & ord. in nullo preiudicetur, neq. derogetur alijs statut. ãtiquis Rub. Cap. 41

IN Nomine Indiuiduæ Trinitatis Amen. Infrascriptæ sunt correctiones, & additiones factę ad statuta coĩs, & hominũ Vallis Topini, & Villæ Balc. factæ, ordinatæ, obtẽtæ, & cõpositæ pro bono laudabili, & quieto viuere hominũ, & vniuersitatis d. coĩs Vallis Topini, & Villæ Balc. Ad lãudẽ, & honorẽ omnipotẽtis Dei, eiusq. glorioſissimæ Matris Mariæ sẽper Virg. gloriosæ, & Beatiſs. S. Laurẽtij, & S. Christinæ protectorũ coĩs vniuersitatis, & hominũ d. Vallis Topini, & Villæ Balc. & totius celestis Curię Amẽ. honorẽ, & statũ S. R. Eccl. ac Beatiſs. Sũmi Põtificis, & Sacri Collegij Romanorũ D. Cardinaliũ, & R. D. Gub. Ciuitatis Fulginei, Vallis Topini, &c. Et ad trãquillũ bonũ, & quietũ viuere, & pacẽ quietẽ, & vnionẽ Doctorũ hominũ d. coĩs factæ, ordinatæ, conuitæ, cõpositæ, & reformatæ p̃ spectabiles homines ser Dominicũ Cagni, Iacobũ Costãæ, Angelus Sãtutij, Ciolũ Vagnis, & Paulũ Augustini hõnes electos p̃ cõe, & cõsiliũ generalem vniuersitatis, & hominum d. coĩs Vallis Topini, & Villæ Balciani ad infrascripta omnia, & singula habentes liberam, ac plenam potestatem arbitrium, ac autoritatem, vt plene patet in libris informat. d. coĩs manu ser Barnaldi, ser Andreæ de Nucerio V. C. dictæ Vallis inde rogati sub anno D.N. Iesu Christi ab eius salutifera natiuitate M. quatringentesimo septuagesimo quarto inditione vii. Pontificatus Sanctiſſimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Sixti Diuina prouidentia Papæ Quarti diebus, & mensibus infrascriptis.

Additio

Additio ad statutum super pōitū sub rubrica de Sindicatu V.C. d.Vallis Rub. Cap. 1

ITē statuimus, reform. & admonemus addēdo supranominato statuto de Sindicatu V.C. qd. in futurū quilib. V.C.d.Vallis Topini,qui pro tēpore fuerit stet,stare debeat teneatur finitis sex mēsib⁹ sui officij ad reddēdū rationē sui officij, & ad Sindicatū p quinq. dies, & durātib⁹ d. quinq. dieb⁹ debeat in hospitio habitare, & stare,& infra tr dies de d. quinq. dieb⁹ liceat vnicui dare petitionē suā, ac producere cōtra d.V.C.si v luerit,& à d. triduo vlt. nō audiatur reliqui duo dies de quinq.sint pro inuestigāda ver tate,& diffinitiue pronunciando in absoluen. vel condemnando V.C. placet.

De pena forensium damni dant. Rub. Cap. 2.

ITē statuerūt, & reformauerūt qd. quicūq. forēsis dederit dānū psonaliter vel cū bestij in territorio d. Vallis Topini teneatur, & obligatus sit ad illā penā,qua puniri deber aliquis de Valle Topina dans dānū in eius territorio q̄ tale dānū dederit, & nō plus, nec minus, & talis forēsis dānū dās teneatur fidē facere de pena, quæ est pro tali dāno dat ab illis de Valle Topina in territ. suo p lrās autēticas officialis, qui pro tēpore fuerit su dānis datis in d. suo territ. Et hoc statutū locū habeat in d.d. & in datiuis soluen.à d. fo rensib⁹, quæ soluātur,& solui debeāt cōi Vallis Topini à pred. forēsib⁹ sicut & prout i li de Valle Topina soluere tenerentur, & soluunt in territorio d. forensium. Placet q damnum dans puniatur secundū statutū loci proprij etiā non facta d. fide.

Additio ad statutum positum sub rubrica de mercede, & salario V. C. per examin. testium, & per r quisitionibus fiendis. Rub. Cap. 3.

ITē statuerūt, ord.& reformand. addiderūt,supranotato statuto de mercede, & salari V.C,&c. Qd.in futurū oēs. qui fuerint ad officiū V C. d. Vallis dūtaxat recipere po sint pro sui mercede, & salario bononenū vnū pro examinatione vniuscuiusq. testis a illo ad eius instātiā fuerit examinatus tā in causa ciuili, quā criminali, quā etiā mixta, si fuerit requisitus copiā actestationū dare, & dederit, vel p eum, qui d. V.C. requisiu rit, steterit quominus habuerit dūtaxat d. V. C. habere, & recipere possit pro quolib teste, vel in pub. vel priuata forma dato, vel oblato bononen. duos quo quolibet te videl. bononen. duos tā pro examine, quā pro copia,& nō vltra. Et si quis V. Com pred. pro tēpore existētiū plus d. bononeno pro examinatione, & duob⁹ bononen. p extractione, & datione copię vtsupra receperit incidat ipso facto in penā vigintiquin librarū den. retinen de suo salario tēpore sui Sindicatus Placet. vt

ITē qd. d. V.C.& quilib. ipsorū,qui pro tēpore fuerint in executionib⁹ fiēdis p eos c tra hoies d.Vallis,& eius district. si talis exequtio ascēderet ad sūmā decē librarū,& a inde infra dumtaxat, recipere possit denarios sex pro qualibet libra,& nō vltra, & si s ma de qua fieret exequtio excederet sūmā d. decē librarū tunc, & eo casu d. statuent voluerunt,& statuer. seruari debere suprad. statutū de materia loquent. excepto qd. causis cōmissarijs, in quib⁹ voluerunt,& statuerunt d. statuentes,qd. d. V.C. habeāt, habere possint dūtaxat bononen. vnū pro quolib. floreno 1; summa de qua facta fu rit exequtio nō excedat viginti florenos. Si vero excederet d. summa de qua facta fu exequtio summā d.vigiti florenorum quātacunq. fuerit quātitas habeat,& habere poss pro sua mercede, & salario exequtionis pred. integrum bononenum dumtaxat pro qu libet floreno, & nō vltra,& intelligātur oīa pred. circa exactionē d. mercedis, si fiat, factæ fuerit cōtra hoies d. Vallis,& eius district. sub pena pred. in forēsib⁹ vero d. V. exigant, & exigere possint, vt acthenus soliti sunt exigere, & habere Pl.

Additio

Additio ad reformat. insertam supra in presenti volumine Statuto ad Cartas : de exact. & modo exigendi pedagia Rub. Cap. 4

ITē ſtatuerūt,ord.& addēdo ſupranominatæ reformationi reformauerūt, qd. in futurū quicūq. de d. Valle,vel eius diſtrict. vēderet alicui forenſi aliquid,& oē id de quo ſoluitur gabella,ſeu pedagiū, talis vēditor teneatur,& obligatus ſit ſub iñcta pena retinere debitū pedagiū,ſeu gabella penes ſe vēditorē, & illud, ſeu illā reddere,& aſſignare gabellario, ſeu pedagiario d.Vallis infra octo dies,tunc ſequentes à die venditionis pred. Et ſi talis vendēs in pred. retētione,& cōſignatione fuerit negligēs ; incidat ipſo facto in pena lib. decē den. pro quolib. cōtrafaciente, & negligente pred. facere , & qualibet vice ; Et tertia pars d. penæ ſit & eſſe debeat d. Coīs Valli Topini , & duę partes de tribus ſint & eſſe debeant d. gabellarij , ſeu pedagiarij , qui tempore d. negligentiæ fuerit gabellarius, ſiue pedagiarius : P.

Additio, & correctio ad ſtatut. & reformat. loquen. de feſtiuitatibus cuſtodiendis Rub. Cap. 5

ITē ſtatuerūt,& ord. qd.in futurū oēs,& ſinguli dies Veneris de mēſe Martij veniētes ab oībus hominibus de d. Valle, & in ea habitātib⁹ cuſtodiātur ſub pena,& ad penā cōtēpt. ſupra in ſtatutis de feſtiuitatib⁹ cuſtodiēdis ; Et ſi in d. ſtatutis cōtineretur , ſeu reformationib⁹ pred. preciperetur cuſtodiri aliqua feſta, ſeu feſtiuitates , quę nō eſsēt de precepto S. M. Eccleſię cuſtodiēdæ ex nunc vigore pñtis cenſurę ſtatuerunt, & refor. impune poſſe d. dieb⁹ laborari,& fieri p libito voluntatis vniuſcuiuſq. exceptis d. diebus veneris de menſe Martij , vtſupra expreſſum eſt : Placet excepto feſto S. Bernardini cuius diem volumus obſeruari, & cuſtodiri .

Qd. nullus de Valle Topina, & eius district. vendat in confinibus alicui forensi. Rub. Cap. 6

ITē ſtatuerūt,ord.& refor. qd.in futurū nullus de Valle Topina,nec eius diſtrictu valeat, nec poſſit vēdere, donare, pmutare, nec aliquo modo, vel queſito colore alienare aliqd. terrenū, ſeu poſſeſs. alicui forēſi nō ſubiecto cōi d.Vallis Topini, qd. terrenū ſit vel fuerit prope cōfinia d. Vallis ad mezengas cētū , qd. terrenū in d. mezēgas exiſtās à d. cōfinib⁹, nullus pōtem, facultatē, ſeu arbitriū habeat d. nō ſubiecto vēdere , donare, pmutare,vel quoquomodo alienare . Et ſi talis vēditio, donatio, pmutatio , vel alienatio facta fuerit penitus,& omnino ſit,& eſſe intelligatur nulla,& ita nūc declaratur nulla, nullius efficacię,vel momenti, nihils. talis vēdens,donās,pmutās, vel quoquomodo alienans ipſo facto incidat in penam vigintiquinq. lib. den. d. Cōi applican. pro quolib. & qualib. vice quib⁹ contra ventum fuerit . Placet .

De vacatione officialium. Rub. Cap. 7

ITē ſtatuerūt,ord.& refor. qd. nullus officialis d. Vallis,qui pro tēpore fuerit, vel erit in futurū poſſit venire ad extraēdū aliqd. officiū ī d.Valle, nec eligi poſſit ad officiū pred. niſi finitū ſit rriēniū à die exitus ſui officij vſq. ad diē introitus , & quicūq. nominauerit ex pred. incidat in penā triū ducatorū aurei pro quolibet & qualibet vice , & nihils. talis nominatio, & electio ſit ipſo iure nulla . Placet .

De mercede V.C. ex condemnationibus Criminalium Rub. Cap. 8

ITē ſtatuerūt, & refor. qd. officiales d. Vallis videl. V. C. qui pro tēpore erūt habeāt, & habere debeāt quintā partē cōdēnationū criminaliū ſuo tēpe , & p ipſum factarū quintā partē videl. ſūmæ taxatæ p cōſiliū d. Vallis , & etiā ſi cū effectu ſūmā taxatā ad manus Camerarij d. Vallis puenire fecerit , & nō aliter , & ſi cōdēnatū detineret qui

talẽ penã ſolueret pro eius carceratione nil vltra d. quintã partẽ poſſit exigere, vel habere à carceratis, vel detẽtis pred. ſub pena decẽ ducatorũ aurei pro quolib. & qualib vice retinẽdorũ tẽpore ſui ſindicatus. Placet exceptis forenſibus.

Debita forenſium quomodo poſsint exigi. Rub. Cap. 9

ITẽ ſtatuerunt,& refor. qd. V.C. d. Vallis nõ poſſint debita forenſiũ cognoſcere, exigere, ſeu exigi facere pro forenſib⁹, & nõ habitãtib⁹ in d. Valle, niſi preſentialiter ſit talis creditor forenſis pñs, vel eius legitimus prõr, qui de ſuo mandato ꝑ pub. Inſtrum. fidẽ faciat,& ſi aliter fieret cõtrafacientes ,vice qualibet, & pro quolib. puniatur tẽpore ſui ſindicatus in ducatis aurei trib⁹ applicandis Cameræ d. Coĩs. Placet.

De licentia habenda pro vindemijs Rub. Cap. 10

ITem ſtatuerunt,& refor. qd. nullus habens vineam, vel pergulas in territorio d. Vallis audeat,vel preſumat, aut poſſit vindemiare, niſi prius habeat licentiã à conſ. d. Vallis vel in genere, vel in ſpecie ſub pena decem lib.den.pro qualibet vice, qua fuerit contrauentum de facto cameræ d. cõis applicandarum. P.

Penæ d. danorum, & emendationes exigendæ. Rub. Cap. 11

ITẽ ſtatuerunt,& refor. qd. V.C.d.Vallis teneantur, & obligati ſint exigere,& in manu Camerarij d.Coĩs ꝓueniri facere oẽs penas accuſationũ,ſeu inquiſitionũ,ſeu inuẽtionũ ſuo tẽpore factarũ in d. datis,ac etiã emendã ꝓuenire facere in manus dãni paſſi ſub pena triũ ducat. aurei pro quolib.& qualib. vice qua fuerit cõtrafactũ de facto Cam.pred. coĩs applican. & ab eo exigẽdorũ tẽpore ſui ſindicat. P. modo iuſte nõ ſit impeditus.

De mercede bayulorum in bannimentis. Rub. Cap. 12

ITẽ ſtatuerunt, & refor. qd. bayulus habeat pro ſua mercede, & ſalario denarios decẽ pro quolib. bãnimento,& nõ vltra,& ſi plus haberet,vel reciperet,aut exigeret incida in pen: quinq. lib. den. pro quolib. & qualib. vice,& pñs ſtatutum intẽlligatur in bãnimentis q̃ fierent ad inſtantiã particularium ꝓſonarũ,& ꝓ cõi d. Vallis. Placet, &c.

Bona Forenſium non habitantium accataſtanda. Rub. Cap. 13

ITẽ ſtatuerunt,& refor.qd. oẽs,& ſinguli forenſes nõ habitantes cõtinue in diſtrictu d. Vallis familiariter habentes poſſeſs. & terrena in ꝓtinentijs d. Vallis teneãtur, & obligati ſint in menſem poſt bãnimenta emanata,accataſtare,& accataſtari facere, & ad cataſtũ ſuũ ponere oĩa,& ſingula bona, poſſ.& terrarũ petia, quæ haberent in territorio d. Vallis ſub pena amiſſionis d.poſſ.quas ſibi accataſtare in d.tẽpus nõ fecerit. Quo elapſo & accataſta, &c. d. forenſib⁹ nõ facien. extima prout ex nunc, & ex nunc, prout ex tunc ipſo facto ſint & eſſe intelligãtur d. poſſeſſiones nõ accataſtatæ coĩs d. Vallis Tupini,& pñs ſtatutũ intelligatur, tã de poſſeſſionib⁹ quas d. forenſes in pñti hãnt quã de illis quas in futurũ emerent. Placet niſi iuſtam ignorantiam allegare poſſet.

Qd. Maſſarij, & Sindicus non permittant aliquem V.C. refermari. Rub. Cap. 14

ITem ſtatuerũt,& refor. qd. Sindici, & Maſſatij,qui pro tẽpore, & temporib⁹ erunt in Valle Topina nõ poſſint aliquo queſito colore ꝓ ſe vel alios ordinare,pati, ſeu facere, nec ꝓmittere, qd.V.C. d.Vallis aliquo modo refirmentur ſeu eorũ officium prorogetur etiã per quindecĩ dies,& vltra, vel minus ſub pena in ſtatutis cõtẽcta duplicata, hoc eſt ſub pena dupli eius qd. dicitur in ſtatuto d. Vallis de materia loquente, quæ pena poſſit & debeat ſemp,& oĩ tẽpore exigi à d.cõtrafaciẽtib⁹, qui tunc tẽporis eſſent de Maſſarijs vel Sindicis d. coĩs tempore refirmæ, vel prorogat. pred. & obligentur ſub pena Iur. &

ſub

sub ead. pena Massarij, & Sindicus d. coīs qui erunt in officio pred.tēpore introitus noui gubernatoris inuestigare oēs Massarios, & Sindicos, qui fuerint p̄teritorū gubernatorū,qui talē prorogationē, seu refirmā fecerunt, seu fieri passi sunt cōtra eos exigi facere d. penā in quā incursi sunt propter d. prorogationē, seu refirmā factā pred. & de pred. penis nulla gratia possit haberi nisi dumtaxat in consilio generali, & nō aliter, nec alio modo, & media pars d. penæ sit, & esse debeat officialis exeqution.&c. & effectualem exequtionem facientis. Placet vt infra.

De scripturis non dandis V.C.nisi precess. sine licentia Sindici, & Massariorum. Rub. Cap. 15

ITē statuerunt, & refor. qd.Cams coīs d. Vallis Topini qui pro tēpore fuerit nō possit neq. valeat p se vel aliū aliquo quesito colore ōndere neq. dare alicui V.C.qui pro tēpore fuerit aliq. libros, seu aliquas script. de Archiuio coīs d. Vallis nisi solū, & dūtaxat libros, & scripturas V. C. sui immediate precessoris sine expressa licentia Sindici, & Massariorū, qui pro tēpore fuerint sub pena decē lib. den. pro quolibet,& qualib. vice, qua fuerit cōtrafactū de facto auferendorū, & cōi d. Vallis applican. Et hoc pns statutū locū no habeat,nec intelligatur de volumine statutorū, & reformationū d. coīs, quæ liceat semp d. V.C. habere, & tenere pro suo libito voluntatis durāte suo officio. Placet.

F. M. Episcopus Viterbiensis Fulginei Vallis Topini Gubernator.

SVprascripta statuta reformat. atq. additiones nuperrime sancitas, atq. editas p̄ sup̄ in principio notatus aūcte ac pōte officij nostri approbamus,cōfirmamus,& corroboramus prout in cuiuslib. cap. calce cōfirmatio p verbū placet apparet reseruata tamē nobis derogādi,atq. abrogādi dū placuerit, aut opportunū duxerimus ipsis potest. dūmodo sint minime aduer. statū S.R.E.ac Sāctissimi D.N.Sixti Papę Quarti eiq.sucess. In quorū fid.has nrās p iñctum Cācellariū nostrū fieri,ac registrari mādauimus nostroq. magno sigillo roborari Dat. Fulginei die 11. Nouembris MCCCCL.XXV.

Loco † sigilli.

IN Christi noīe Eiusq. glorioss. Matris Amen, &c. Ad laudē gloriāq.oīpotentis Dei sueq. glorioss. Virg. M. Beatorū Apost. Petri,& Pauli, ac Sāctorum, & Sanct. Dei totiusq. cestis Curiæ amen. Ad honorē,statum, exaltationēq. Sacro S. R. E. Sanctiss. in Christo Prīs,& D. N. Dñi Sixti Diuina prou. Papæ Quarti suorumq. Romanor. Frum Card. Statum exaltationē,& gloriā Reuerendiss. in Christo prīs, & D.N. Dñi Io: Baptistæ de Sabellis S. M. E. Diaconi Card.& Legati Perusini,& Fulg.nei Vallis Topini, &c. Digniss. pacē,statum, trāquillitatem, & bonum viuere hoīum vniuersitatisq. ac district. Vallis Tupini,& Villæ Balc. Cum ex temporum varietate, ac mutatione iuri cōsonum, ac decens sit pro ipsius Coītatis cōmodo cōseruationeq. ac augumento statuta seu iura municipalia mutare,& seu eis addere, vel in melius reformare; Qm̄ in lege cautum est,quæ de nouo emergunt noua indigent reparatione quapropter circumspecti viri Ser Dominicus Cagni,& Arcāgelus Tonellę, Carolus Gasparis, Paulus Perocti, Antonius Venantij,& Sepenę Spinutij oes de Valle Topini positi,electi,nominati,& deputati ab addunātia general. coīs, & hoīum d. Vallis Topini,& Villę Balc. ad statuendum, reforma. ordinan. & nouas leges cōstitut. reformationes,additiones, ac statuta faciendum & cōdendum prout eis pro iusto, moderato,rectoq. viuere hoīum, & psonarum d.Vallis Topini, & Villę Balc. expediens, ac necessarium sōr videbitur vt paci, iuri, quieti cōseruationiq. hoīum,& vniuersitatis d.Vallis, & Villę salubriter prouideatur. Ideo iñctas leges reformationes,ordinat. addion.habito inter ipsos maturo colloquio cōsideratione

&

& cõsilio circa vtilia reipublicæ d. Vallis, & nouã requirentes prouisionem vnanimi voluntate nemine discrepãte ediderunt, fuerunt, statuerunt, ordinauerunt, ac reformauerũt.

INCIPIVNT RVB. REFORMAT. ET CAP.

Vt Sindicus, & Massarij debeant adesse in addunantijs cum mantello, seu tunica colorata, & caligis, & aluctis. Rub. Cap. 1
Qd. Capsa in qua regimen recluditur debeat habere duas claues diuersas vna ab altera quarum vna Camer. tenere debeat, altera vero Sindicus pro tempore existent. Rub. Cap. 2
Qd. arbores impedimentum alicuius areæ inferentes debeant amoueri. — Rub. Cap. 3
Qd. nemo mictat focuum siue carbonariam prope stratam, & viam. Rub. Cap. 4
Quod nemo debeat ire per semitam aliquam cum bestijs dum possit ire per viam publicam exceptis tempor. æstatis, & vindembiarum. — Rub. Cap. 5
De pena intrantium in Ecclesia cum armis, vel vbi Curia resideret. Rub. Cap. 6
Qd. quolib. terzerij Vallis Topini debeat habere mensuras grani, vini, & olei. Rub. Cap. 7
Qd. fidē iubsionis dande per official. tẽpore Sind. sui intelligantur tã pro administratione officij quã pro debitis in quib. obligaretur d. officialis specialibus personis d. Vallis Topini. Rub. Cap. 8
Qd. quisq. possit, & valeat se appellare vsq. ad summam decem lib. den. Rub. Cap. 9
Quod eligantur per addunantiam duo boni viri super omnibus causis quæstionibus, & controuersijs, ac inimicitijs. Rub. Cap. 10
De pena adminantium cum armis, & manu vacua. Rub. Cap. 11
De penis in maleficijs forensibus dupplicandis. Rub. Cap. 12
Quicunq. venderit possess. preterquam adiacenti q. infra quinquennium possit adiacens agere contra venditorem quo quinq. elapso non audiatur. Rub. Cap. 13
Qd. mulier dotata à patre, matre, fratre, auo, auia, &c. sit contenta suis dotibus, & ad successionem aliquam peruenire non possit. Rub. Cap. 14
De mercede bayulorum de citationibus per eos fiendis. Rub. Cap. 15
De mercede V. C. qui terminauerit aliquam senatam. Rub. Cap. 16
De pena forensibus ementibus in confinibus Vallis Top. & Villæ Balciani. Rub. Cap. 17
De pena non leuantium arbores, qui penderent super possess. alterius. — Rub. Cap. 18
Si quis emeret ab aliquo consanguineo alicuius Domini possess. aliquam, & eam possidere per 6. 7. vel 8. annis qd. rata habeatur talis venditio. Rub. Cap. 19
Quilibet possit accusare canes quos reperiret tẽpore vetito ire dissolutos, & ipsorum pena. Rub. Cap. 20
Si canis alicu. momorderit vsq. ad numerũ triũ personar. et possit prob. impuñ possit occidi. Rub. Cap. 21
De pena pernoctantium de nocte campester ad pasculandum cum eorum animalibus. — Rub. Cap. 22
De pena d. dantis in glandes in terra, seu in arboribus existentibus. — Rub. Cap. 23
Qd. quilib. possit suas possess. cuflodire, & bãnire facere, & de pena in eis d. dãtib. — Rub. Cap. 24
De penis animalibus pasculantibus in ripis, & foucis castrorum Cõis Vallis Topini. — Rub. Cap. 25
De pena fodientium & colligentium erbam, quæ dicitur Cremesì sine licẽtia patroni — Rub. Cap. 26
De pena d. dantium in siluis, & maxime in siluis Gallani, & incident. in eis. — Rub. Cap. 27
Quilibet possit animalia forensium reperta d. dare in possess. nostris ducere ad Curiã. — Rub. Cap. 28
Qd. quilibet forensis, qui miserit eius porcos in distrĩct. Vallis Topini, & Villæ Balciani debeat solu-uere den. duodecim pro quolibet porco. Rub. Cap. 29
Qd. quilibet habens vineas, & possess. in confinibus in reformat. expressis possit, & valeat vindembiare tunc, & quando homines de Capite Aquæ vindemiant. — Rub. Cap. 30
Cuilibet sit licitum accusare forensem d. dantem in eius possess. eum iuramento. — Rub. Cap. 31
Qd. Viæ pub. Vallis Top. debeant terminari tam à parte superiori, quam inferiori ad instantiam cuiuslibet petentis. Rub. Cap. 32

Vt Sindicus Cam. & Massarij pro tempore existent. debeant adesse addunantiæ cum mantello, seu tunica colorata, caligis, & aluctis. Rub. Cap. 1.

IN primis quidem quia decens, & iuri cõsonum est saltem magistrat. q̃ pro tempore erunt in d. Valle Topini pro d. cõis honore inductos esse pallio, seu veste colorata, & caligis, & aluctis idest calceis; propterea nos reformatores statuimus, ord. & refor. qd. quilibet Sindicus Cam̃. & Massarij, qui pro tempore erunt in d. Valle Topini, & Villa Balc. & eã postea regere cõtigerit in introitu eorũ officij, & successiue quoties ad addunantiã venire cõtigerit, & opus erit teneantur, & debeant inductos adesse propriis

mantello

mantello, seu veste colorata,& caligis coloratis, & aluctis idest calceis vtsupra pena pro quolib. cõtrafaciente,& vice qualib. duarũ lib.den.applican. pro trib⁹ partib⁹ cõi Vallis Topini,& pro alia quarta parte V.C.de pred. exequtionẽ facienti. Qui V.C.pro tẽpore existẽs vinculo iuram. teneatur,& debeat inquirere,& inuestigare sup pred. & exequtionẽ in remissibiliter in delinquentes,& cõtrafacientes in pred. facere; & quilib. Massarius habeat pro suo salario in totũ, & nõ amplius de ere coĩs in posterum in totum, & non amplius lib. tres den. persoluendas per Camẽ. coĩs d. Vallis Topini tunc existentem, & ita volumus, ac mandamus perpetuo, ac inuiolabiliter in d. Valle obseruari. Placet Io: B. Sabellus Legatus.

Qd. Capsa in qua regimen recluditur debeat habere duas claues diuersas vna ab altera vna quarum Camer. tenere debeat, altera Sindicus pro tempore existens. Placet I. B. Legatus. Rub. Cap. 2

ET quia ingenia hoĩum fallacia quandoq. dolos in cõi Vallis Topini,& Villæ Balc. & hoĩum ipsius contẽptũ dãnũ, & vilipẽdiũ. Ne in futurũ aliqua fraus, & dolus inesse cõtingat in capsa vbi regimẽ recluditur,& reponitur. Ideo statuimus, & refor. qd. capsa in qua regimen d.Vallis Topini,& Villę Balc. recluditur,& reponitur de cetero, & in futurũ debeat habere duas claues diuersas quarũ vnã Sĩdicus d.Coĩs pro tẽpore existens tenere penes se debeat aliã vero Camẽ d.Coĩs,qui pro tẽpore erit, & Camerarius d.coĩs soluat qd. opus erit in fabricando d. claues de ere coĩs pena pro quolib. psorũ quoties contrafactum fuerit quinquaginta solid. de facto Cõi. Vallis applican. & V.C.qui pro tẽpore erit sup hijs inquirere valeat,& debeat vinculo iuram. P. Io: B. Leg.

Qd. arbores impedimentum alicuius areæ inferentes debeant amoueri. Rub. Cap. 3

ITẽ statuimus,addimus,& refor. qd. quicũq. de d.Valle,& Villa Balc. in posterũ area impediretur quominus tritare,bactere,& ventulare,vel aliqd. exercitiũ in area Dñus nõ posset facere propter arbores circũstãtes, vel quomodolib. circũ circa existentes qd.Dñus arboris, seu arborũ ad requisitũ,& mand.V.C.& infra term. à d.V.C. statuẽdũ debeat eã,vel eas impedimetũ d.areę inferentẽ, seu inferentes à pede leuare sub pena lib. den.quinq.pro quolib.cõtrafaciẽte,& vice qualib.& si infra term. statuen. p V.C. d. arborẽ,seu arbores de d.possessionib⁹ cui preceptũ fuerit nõ ĩcisserit vltra d. penã tũc Dñus areę cui impedimẽtũ infertur possit,& valeat d. arbores impedimentum d.tali areę inferentes incidere à pede sine pena, seu banno statuto, aut alijs in contrarium facientibus non obstantibus. Placet I. B. Legatus.

Qd. nemo mictat focuum siue carbonariam prope stratam cõis. Rub. Cap. 4

ITẽ quia multi iã vias,& stratas pub. occuparunt, & occupatas tenent cũ foueas, seu carbonarias faciãt,& mictãt secus d. stratã,& viã pub.& quo nõ parũ preiudiciũ eisd. infertur in dãnũ,& iacturã d. coĩs decus,& ignominiã,ac personarũ adiacẽtium itinerantiumq. discrimen,ac periculũ. Statuimus idcirco,& refor.ac ord.qd.nullus audeat,vel presumat d. foueã,se carbonar. facere prope stratas,& vias pub. & coĩs d. Vallis Topini, ex quo aliqd.impedimentũ preiudiciũ,seu ruinã d. stratę,seu vię cõi, seu vicinali inferretur, qui autẽ in pred. contrafecerit puniatur ipso facto in XX. sol. den.& nihils. d.foueã seu carbonariam reponere debeat in pristinum statum, & pred. locũ habeant in preteritis, pntib⁹, & futuris, & V.C. qui pro tempore erit super pred. inquirere possit, & valeat per omnem modum, & habeat tertiam partem banni. Verum autem dictæ foueę vel carbonariæ sint damno, seu quoquomodo viæ publicæ stetur iudicio, & arbitrio V. C. Placet. Io. B. Legat.

Quod nemo debeat ire per semitam aliquam cum bestijs dum possit ire per stratam, & viam publicam exceptis tempor. æstatis, & vindembiarum. Rub. Cap. 5

ITē statuimus,& refor. & statutū positū in volumine statutorū corrigimus qd. nemo de d. Valle,& Villa Balc. vel aliunde cuiuscunq. status,seu cōditionis extiterit possit nec debeat ire cū aliquib⁹ animalib⁹ p aliquas semitas in d. Valle, & Villa Balc. existentes dū possit ire p viā pub.pen.pro qualib. bestia grossa X.sol.& vice qualib. excepto tēpore extatis cū baractis in deferendo granū, & hijs similia, & tempore vindemiarum in portando vuas, quā etiā cum cistis stabiando temporib⁹. Ex causis pred. ad penā aliquā nolumus teneri nsi solum ad emendum damnificat .statut.seu reformant.in contrarium facientibus non obstantibus,&c. Placet. I. Bi Legat.

De pena intrantium in Ecclesia cum armis, & in Palatio, vbi Curia resideret. Rub. Cap. 6

AD reprimendū insolētias aliquorū,qui eorū ausis temerarijs audēt,vbi & quando in Ecclesijs ad honorē Dei cōstructis diuina celebrātur, & Deo inseruitur, ac in pretorio,seu palatio,vbi ius redditur armatos ingredi ea propter statuimus, ord. & refor. qd. nemo de d.Valle Topina,& Villa Balc. audeat,vel presumat aliquo modo seu quesito colore in Ecclesijs vbi, & qñ diuina celebrantur armatos ingredi,nec in Palatio vbi curia resideret sub pena pro quolib. contrafaciente, & vice qualibet XX. sol. excepto cultello acto ad scindendum panem. Placet I. B. Legat.

Qd. quolib. terzeriū habeat mensuras. Rub. Cap. 7

ITē quia in districtu Vallis Topini,& Villę Balc. nō sunt mēsurę vini,olei, grani in vilipēdiū,cōtenctum,& iacturā d.coīs, & hoīum ipsius ad hoc, ne quispiā defraudetur pñti idcirco lege firmamus,qd. Sindicus Caīn.& Massarij teneātur,& debeāt fieri facere mēsuras in d.Valle Topina,& in quolibet terzerio d. Vallis videl. grani,vini,& olei quēadmodū eis videbitur,& placebit expensis coīs sub pena X. sol. pro quolib. ipsorum si predicta exequtioni nō mādauerint de facto auferēdorum,& qd.V.C.teneatur, & debeat in pricipio sui officij d. mēsuras reuidere,quę sint sigillate sigillo coīs d. Vallis, quę mensuræ deponantur penes eligendos per Sindicum, & Massarios, & per eos seruentur. Placet I. B. Legat.

Qd. fide iubsionis dandæ per official. tempore Sind. intelligantur tā pro administratione officij quā pro debitis in quib. obligaretur specialibus personis d.Vallis. Rub. Cap. 8

ITē addēdo cap. loquēti de sindicatu officialiū d.Vallis Topini statuimus, ord.& refor.& addimus qd. officiales qui pro tēpore erunt fideiubsiones,quas dabunt in fine sui officij tum sidicatu eos stare cōtigerit intelligātur,& aūctę pñtis cap.obligatę sint tam pro administratione officij quam etiam pro debitis in quib⁹ V.C. & officialis obligaretur specialib⁹ personis d.Vallis T.& Villæ Balc. quam etiam pro quibuscunq.cōtractib⁹, & maleficijs per ipsos V.C. initis,& commissis. Placet I. B. Legat.

Qd. quilib. possit, & valeat vsq. ad summam decem lib. se appellari ad addunantiam. Rub. Cap. 9

ITē cum multi ad appellādum prosiliunt ad superiorē de quauis etiā parua quātitate in ipsius dānum,ac d.cōis,& V.C. vilipēdium, & iacturā,ut locus iustitię sit,& expēsis parcatur uolētes huic modo debita remedia adibere. Statuimus idcirco, & refor. qd. quilib. de d. Valle Top. & Villa Balc. sentiens se grauatum de aliquo precepto,pronumptia, sentia, detentione,uel quauis causa per V.C.Vallis Top. lata ascenden. usq.ad quantitatem decē librar. & nō ultra possit,& ualeat se appellare, & reclamare,ac recursum habere infra term. à statutis prefixum ad addunantiā d. Vallis Topini de d. sentia

pronuntia

pronuntia precepto, seu detẽtione, aut quauis alia causa, uel grauamine. Qui hoïes de addunantia postquã eis erit notificatũ infra 15. dies à die habiti recursus ad eos debeant summarie extraiudicial. sola fact. veritate inspecta terminasse, & diffinisse dictam causam grauamen, seu recursum alias d. tempore elapso V.C. prosequi finire, & determinare possit, & valeat aliquib⁹ non obstantib⁹. Placet Io. B. Legatus.

Qd. eligantur duo boni viri super omnibus quæstionibus controuersijs, & inimicitijs. Rub. Cap. 10

ITẽ cũ multæ lites, scandala, altercationesq. ac questiones in d. Valle, & Villa Balc. oriri solent, & pauci immo nulli sunt qui eis obuiare curent; & debita remedia adibeãt, Hic salubri remedio prouideri cupiẽtes actendentes paci, & cõcordiæ d. Coïs, & hoïum ipsius propterea pñti lege firmamus, decernimus, ac sancimus qd. Sindicus, & Massarij, qui pro tẽpore erunt, teneatur, & debeant in principio eorũ officij in d. addunantia eligere duos bonos viros in lib. reformat. p V.C. ad notandos idoneos, sufficientes, & ad tale exercitiũ actos, qui iuret in manib⁹ V.C. d. eorũ officiũ bene sine malignitate facere, seu exercere sup oĩb⁹ litib⁹ causis, questionib⁹, & cõtrouersijs, inimicitijs, senatis, seu quibuscunq. differẽtijs inter hoïes d. Vallis vertentib⁹ quomodolib. Qui quid hoïes sic electi habeant arbitriũ aũctem, potẽm, & balia vna cũ V.C. dũtaxat d. lites videndi, terminan. cognoscen. & diffinien. sũmarie, &c ac prout d. V.C. & hominibus sic electis iustum fore videbitur, & placebit, & quicquid super pred. per ipsos actum, factum, gestũ, sentian. & mandatum fuerit plenam obtineat roboris firmitatem aliquo statuto in contrarium disponente non obstant. Placet Io. B. Legatus.

Qd. pena adminantium cum armis, & manu vacua. Rub. Cap. 11

ITẽ vt delinquentes metu penæ teneantur. Addentes in maleficijs statuimus, ord. addimus, & refor. qd. si quis de cetero de d. Valle, vel aliunde adminaret cõtra aliquẽ cum aliquo genere armorũ spada, partisiana, bastone, & hijs similib⁹, & etiã lapides proiceret cõtra aliquẽ, & eũ nõ percuteret talis adminans cum d. armis condemnetur pen. X. lib. den. pro quolib. & vice qualib. & si manu vacua adminaret, & non percuteret in medietatem d. penæ condemnetur. Placet. Io. B. Legat.

De pena in maleficijs forensibus duplicentur. Rub. Cap. 12

ITẽ quia multi tũ presertĩ forẽses ob leuitatẽ penarũ ad maleficia excessus, & delicta de facili prosiliũt, vt saltira formidine penæ teneãtur statuimus pro inde ord. & cõfirmamus qd. quicũq. forẽsis qui cõmicteret aliqd. malef. in d. Valle, & eius district. tã supra hoïes d. Vallis, quã aliũ de cõdẽnetur, & cõdẽnari debeat aũcte. pñtis cap. per V.C. vel eius officialẽ d. Vallis in duplũ eius quãtitatis, qua cõdẽnari deberes vigore statutorũ suprascript. & casu quo forẽsis, qui habuerit rixã cũ hoïe de d. Valle cõpelli nõ possit ad penã soluendã, & ipse homo de d. Valle Top. cõpelli non possi, & propterea volumus perpetuo in d. Valle obseruari aliquo non obstante. Placet Io. B. Lagatus.

Qd. quicunq. vendiderit possess. preterquam adiacenti infra quinquennium possit adiacens agere contra venditorem quo elapso non audiatur. Rub. Cap. 13

ITẽ addẽtes statuto posito in statutorũ volumine, seu reformationũ, qd. quicũq. vẽdere volẽs eius possess. debeat eã vẽdere adiacẽtib⁹; statuimus, ord. addimus, & refor. qd. si quis vẽderet aliquã poss. in d. Valle, & villa Balc. preterquã adiacẽtib⁹ qd. adiacẽs possit, & valeat se reclamare de d. tale vẽditore, & eũ ad ius vocare infra quinq. annos, & V.C. prout in cap. d. statuti de tale materia loquẽtis cõtinetur exequi debeat nisi fuerit trãsactũ quiquẽniũ post vẽditionẽ, & poss. traditã nõ adiacẽti, & hoc locũ habeat in vẽ-

ditionibus

ditionib⁹ hucusq. factis si post factas, & traditas poss. earũ iã quĩquẽniũ est elapsũ pacifice,& etiã in futurũ fien. si cõtigerit post eas factas, & poss. captã p emptorẽ quĩquẽniũ lati pacifice, & transacto d.quĩquẽnio habeatur d. venditio pro vera bona autentica, & legitima venditione,& nihil obici, vel opponi possit,& d. adiacentes nõ audiãtur in curia Vallis Tupini, nec alibi elapso d. quinq. & de d. vẽditore in d. ter. non reclamãte, vel si non reclamauerit, & d. quinquẽnium intelligatur, & incipiat, & incipere debeat, & currere à tẽpore celebrat. cõtract. fact.de d.possessione, & quo inceperit emptor publice possidere. Placet Io: B. Legatus.

Qd. mulier dotata à patre, matre, fratre, auo, auia, &c. sit contenta suis dotibus, & ad successionem aliquam peruenire non possit. Rub. Cap. 14.

ITẽ statuimus, ord.& refor. ac addimus corrigẽtes cap. positũ in volumine statutorũ Qd. Mulier dotata à prẽ, frẽ, auo,vel auia,&c. qd.mulier dotata à prẽ,mre, auo,auia proauia,proauio seu à quolib. alio sibi actinenti vsq. in tertiũ gradũ secundũ ius Canonicũ ex parte lineæ ascendentis, seu descedentis, siue trãsuersalis sit cõtenta sua dote, & ab intestato succedere nõ possit, neq. dotãti, neq. alicui alio suo actinenti vsq. in d. tertiũ gradũ cõputandũ, vt supra p aliquã d. linearũ, nec etiã possit petere legitimã, vel legitimæ supplementũ. Nec etiã aliqd. iuris remediũ tã ciuilis,quã pretorij intentare cõtra aliqd. testamẽtũ d. suorum actinẽtium, vel alicuius cõtra qd. de iure cõi daretur ex quacunq. causa tã preteritionis,quã nõ iustę exheredationis,quã alia quacunq. causa, & occasione donec superuixerit masculi d. tali decedẽti actinentes descendẽtium,quãtum vero ad lineã trãsuersalẽ vsq. in d. tertium gradum cõputan. vtsupra de iure canonico. Et dotata intelligatur dummodo pro dote receperit aliqd.sufficiẽs,ideſt cõueniẽs,& cõgruum suę qualitati, & cõditioni, & casu quo nõ habuerit in totum congruã dotẽ iunc stãtib⁹ d. masculis possit agere ad supplemẽtum congruæ dotis cõtra heredes masculor vt supra nõ autẽ possit,nec valeat succedere vtsup. Quinimo statuimus,& ord.qd. si aliqua mulier suis patre, auo, proauo fuerit supstes nõ dotata, & sup sint filij, vel nepotes vel pronepotes masculi lineæ d. patris, aui, proaui,possint d. masculi discendẽtes dotare cõgruę d. talẽ mulierem, & excludere eam à successione dictorum patris, aui, proaui, & cuiuslibet ipsorum, &c. Placet Io: B. Legatus.

De mercede bayulorum super citat. per eos fiendis. Rub. Cap. 15

ITẽ statuimus,ord.& refor.cum multa enormissima p bayulos fiat,qui vltra salarium eis deputatum pecunia indebite ab hõib⁹ d.Vallis, & Villę extorquent. Corrigentes statutum, seu reformat. posit.in volumine statutorum de mercede bayulorum. Qd. bayuli,qui pro tẽpore erunt in d. cõi teneãtur, & etiã debeant, ac possint recipere pro eorum meecede citat. fien. de aliquo,ad instantiam alterius in castro Podij, vel vbi curia esset den. sex pro quolib. citat.& pro qualib. citatione fienda ex. dictum castrum vbi curia esset p queuis loca Vallis Topini vbicunq. expediens foret den. duodecim, & non amplius. Item pro qualibet citatione fienda ad instantiam alicuius forensis contra aliquem per queuis loca dictæ Vallis,& Villæ Balciani den. XV. & non vltra recipere possit, & si ultra dictam summam reciperet perdat de suo salario lib. quinq. pro qualibet uice qua per eum contrafactum extiterit sine diminutione comuni d. Vallis applican. In alijs uero uolumus formam statut. & reformat. seruari ut supra. Placet Io: B. Leg.

De

De mercede V. C. quando iuerit ad terminandum aliquã ſenatã ſi eam terminauerit Rub. Cap. 16

COrrigere volẽtes ſtatutũ loquens de ſcretijs ſenatarũ, & de mercede V. C. ſtatuimus, ord. corrig.& refor. qd. V.C. qui pro tẽpore erit nõ poſſit nec debeat recipere pro qualib. parte ꝑ eius ſalario d. ſenatarũ ſi eas terminauerit, & ſi vltra d. ſũmã reciperet ꝑdat de ſuo ſalario lib.quinq. cõi d.Vallis applicand.quas ſi non terminauerit nihil habeat. Placet Io: B. Leg.

De pena forensibus ementibus in confinibus Vallis Top. Rub. Cap. 17

ITẽ ſtatuimus,& refor. addentes cap.& reformat. poſit.in volumine ſtatut. qd.nullus poſſit vẽdere,nec alienare in cõfinib⁹ d.Vallis,& Villę ad mezzẽgas cẽtũ, &c. alicui forẽſi; qd. forẽſis qui ęmeret,vel reciperet aliquẽ cõtract.quolib. in ſpatio,& mẽſura pred. vtſupra incidat penã xl. lib.in alijs vero volumus forma d. reformationũ ſeruari in qua pena ꝑ V.C.d. Vallis talis forenſis condẽnari debeat. Placet Io: B. Legatus.

De pena non leuantium arbores, quæ penderent ſuper poſſeſs. alicuius. Rub. Cap. 18

ITẽ ſtatuimus,ord.addimus& refor. addentes ſtatut. ſeu reformat. poſit. in volumine ſtatutorũ,qd. ſi quis hẽret arborẽ,quæ pẽderet ſup poſſeſs. vel domũ alterius; Qd. ſi quis de cetero haberet aliquã arborẽ, quæ pẽderet ſup poſſ. vel domũ alterius prope ꝑ tres ꝑticas,qd.Dñus taliũ arborũ teneatur,& debeat ad oẽm requiſitionẽ,& mãd.V.C. incidere, & leuare d. arbores infra tres ꝑticas diſtãtes à domo domus,ſeu poſſeſs. cui impedimentũ infertur ſub pena,& ad penã quinq. lib. den. & ſi cõtrafecerit de facto ab eo auferẽdorũ,& nihils. Dñus talis poſſ.,cui impedimẽtũ infertur,ſeu domus de licẽtia V.C. poſſit, & valeat d. arbores ſic pendentes ſuper domum, ſeu poſſeſſionem ſine pena, & ſando incidere, vt dictum eſt. Placet Io. B. Legatus.

Si quis emeret ab aliquo conſanguineo alicuius Domini poſſeſs. aliquam, Rub. Cap. 19

ITẽ ſtatuimus,& ord. qd. quicũq. ęmerit ab aliquo cõſanguineo alicuius Dñi poſſeſs. vẽdit.& ipſã poſſ. ſic vẽditã pacifice poſſiderit ꝑ annos ſex, vel ſeptẽ,vel octo continuos, quib⁹ durãtib⁹ dñus ſciens nõ moleſtauerit preſumatur talis Dñus ratã habuiſſe venditionẽ factã ꝑ ſuũ cõſanguineũ, & ꝑ cõſequens moleſtare emptorẽ nõ poſſit ſuper re empta preſumatur autẽ d. venditionẽ ſciuiſſe ſi q̃nq. in ꝑtib⁹ verſatus fuerit Dñus, & conuerſatus fuerit cum d.ſuo conſanguineo, qui vendidit, vt ſic tollantur cauſę litum,& queſtionum,nec poſſit de nouo ſuſcitari. Placet Io: B. Leg.

Qd. cuilibet ſit licitum accuſare canes euntes modo quo intra. Rub. Cap. 20

QVoniã canes in tẽpore à ſtatuto vetito tũ maxime noctis tẽpore à patronib⁹ diſſoluuntur, & quãplurima dãna ꝑ eos inferuntur ad vuas in uineis ꝑguliſq. hoĩum Vallis Topini, ac liunde in eorũ nõ mediocre dãnũ hijs obuiare uolentes ſtatuimus,& refor. qd. quilib. de d. Valle Top. & heñs poſſeſs. in d. Valle, & Villa poſſit, & ualeat ſuo iuram. ꝑ V.C. preſtãdo accuſare de d. canib⁹ diſſolutis ubicunq. eos, uel aliquẽ eorũ ſolutos inuenerit,& credatur d.accuſam uerã eſſe quibuſcunq.nõ obſtantib. & Dñus d. canis ſoluat pen. XX. ſol. ſine aliqua diminutione, & predicta intelligantur de nocte. De die uolumus ſtatutum ſeruari. Placet Io: B. Legatus.

Si canis alicu. momorderit vſq. ad numerũ triũ perſonar. et poſsit prob. qd. impuñ poſsit occidi. Rub. Cap. 21

ITẽ ſtat.ord.& refor. Cũ aliqui nutriant,& aſſueſcant eorũ canes,ut alijs uidel. hominib⁹ & perſonis mordeant,& ob eos d. hoĩes teneantur hijs debita remedia adhibere itẽndentes. Qd. ſi cõtigerit qd.canis alicuius aliquam ꝑſonam momorderit,& poſſit

probare p̃ teſtes legit. uſq. ad numerũ triũ p̃ſonarum talẽ canẽ momordiſſe, q̃d. impune occidi poſſit,& ſine pena,& banno ſtatuto non obſtante. Placet Io: B. Leg.

De pena pernoctantium de nocte campeſter ad paſculandum cum eorum animalibus. Rub. Cap.

ITẽ ad reprimendũ cottidiana dãna, quæ in d. Valle Top. & Villa Balc. fiunt, & cõmictunt. tũ maxime noctis tẽpore. Corrigentes cap. poſitũ in volumine ſtatut. & reformat. de pena pnoctãtiũ de nocte ad paſculandũ cãpeſter cũ animalib. Statuimus, addimus, & refor. qd. ſi in poſterũ cõtigerit aliquẽ cũ eius animalib⁹ cãpeſter ad paſculandũ de nocte i cõfinib⁹ in d. cap. expreſſis,& in tẽpore à ſtatuto prefixo cũ quibuſcũq; animalib⁹ ſiue ſub cura paſtoris,ſiue nõ ſoluat Dñus d. animaliũ pro qualib. beſtia groſſa Cam̃ coĩs d. Vallis pro ipſo cõi ricipiente ſol. XXV. den. & pro qualib. vice; cuius pœnæ medietas ſit coĩs Vallis Top. alia vero V. C. de pred. executioni facientis,& Dñus animaliũ p̃noctantiũ cũ animalib⁹, ſiue q̃ animalia ſua ſola abſq. paſtore, & abſq. ſe p̃noctare p̃mictant, & ſic ſiue ſub cura paſtoris, ſiue non teneatur tã ad d. penã, quã ad oẽm emendã dãni ea nocte lati ideſt q̃ p̃ſumatur q̃ ſua animalia ea nocte tale dãnũ dederint caſu quo reperiri aliter d. damnum non poſſet. Placet Io: B. Legatus

De pena d. dantis in glandibus ſiue in terra, ſiue in arboribus exiſtentibus. Rub. Cap. 23

VT obicietur dãnis intolerabilib⁹, quę in glandib⁹ in terra exiſtentib⁹, vel in arboribus pẽdẽtib⁹ fiunt,& cõmictuntur ſtatuimus idcirco, & refor. qd. nulla perſona det dãnũ cũ ſuis animalib⁹ tã groſſis, quã minutis in glandib⁹ in terra exiſtentib⁹ pena pro qualibet beſtia groſſa decem ſol. & pro qualib. beſtia minuta XX. den. & in bactendo, vel ſcurlando glandes exarbor. pro quolib. bactente, ſeu ſcurlante pro quolib. & qualib. puniatur decem ſol. den. Placet Io: B. Legatus.

Qd. quilib. poſſit ſuas poſſeſſ. cuſtodire, & bãnire facere, & de pena d. dãtis in eis Rub. Cap. 24

ITẽ ſtatuimus etiã refor. & ord. cõpeſcẽdo effrenatã rabiẽ illorũ, qui dãna quotidie facere,& cõmictere nõ ceſſant. Vt pena ſuos terreat autores qd. quilib. poſſit, & valeat ſuas poſſ. tã cultas, quã incultas cuſtodire, & facere bannire,& nemo cũ ſuis animalib⁹ ibi paſturet ſeu dãnũ p̃ſonaliter inferat pena pro qualibet beſtia groſſa ſol. X. & pro qualibet minuta ſol. ij. & den. vi. Dans autem perſonaliter damnum puniatur pro qualibet arbore inciſa ſilueſtri applican. pro duabus partibus cõi Vallis Top. & pro alia offic. de pred. executionem facienti. Placet Io: B. Leg.

De pena animalium paſturantium in ripis, & foueis caſtrorum Vallis Topini. Rub. Cap. 25

